




NIKOLAUS VON KUES

De docta ignorantia

Die belehrte Unwissenheit

Liber secundus – Buch II



INHALTSÜBERSICHT VON DE DOCTA IGNORANTIA II

Vorwort	3
Kapitel:	
1. Ergänzende Bemerkungen als Einleitung zum Erweis des einen unendlichen Universums	5
2. Das Sein des Geschöpfes hängt in unerkennbarer Weise vom Sein des Ersten ab	15
3. Das Größte als Einfaltung und Ausfaltung von allem in unerkennbarer Weise	23
4. Das All, das nur eingeschränkt Größte, als Gleichnis des absolut Größten	31
5. Jegliches in jeglichem	37
6. Die Einfaltung und die gradweise Einschränkung des Alls	43
7. Die Dreifaltigkeit des Alls	49
8. Die Möglichkeit oder Materie des Alls	55
9. Die Weltseele oder Weltform	65
10. Der Geist des Alls	79
11. Ergänzende Bemerkungen über die Bewegung	85
12. Die Beschaffenheit der Erde	93
13. Die bewunderungswürdige göttliche Kunst in der Er- schaffung der Welt und der Elemente	109

De docta ignorantia liber secundus

Prologus

90

Doctrina ignorantiae taliter circa absoluti maximi naturam expedita per symbolicos quosdam characteres amplius per ipsam aliquantulum in umbra nobis resplendentem eadem via ea inquiramus, quae omne id quod sunt ab ipso absoluto maximo sunt.

Cum autem causatum sit penitus a causa et a se nihil et originem atque rationem, qua est id quod est, quanto propinquius et similis potest, concomitetur, patet difficile contractionis naturam attingi exemplari absoluto incognito. Supra igitur nostram apprehensionem in quadam ignorantia nos doctos esse convenit, ut — praecisionem veritatis uti est non capientes — ad hoc saltem¹ ducamur, ut ipsam esse videamus, quam nunc comprehendere non valemus. Hic est mei laboris finis in hac parte. Quem clementia tua iudicet et acceptet.

¹ saltem *Fl M Pr E* saltim *ceteri HK*

Die belehrte Unwissenheit - Buch II

90

V o r w o r t

Wir haben also mit Hilfe gewisser symbolhafter Zeichen die Lehre von der Unwissenheit über die Natur des absolut Größten entfaltet. Nun wollen wir weiterhin mit Hilfe dieser Natur, die uns ein wenig in schattenhaften Abbildern aufleuchtet, auf demselben Wege das erforschen, was durch das absolut Größte alles ist, was es ist¹.

Da aber das Verursachte ganz und gar von der Ursache abhängt und aus sich nichts ist, da es ferner seinem Ursprungs- und Wesensgrund, durch den es das ist, was es ist, sich nach Möglichkeit anzunähern und ähnlich zu werden sucht², so ist die Schwierigkeit offensichtlich, ohne Kenntnis des absoluten Urbildes die Natur der Einschränkung zu erfassen. Wir müssen also über unser Begreifen hinaus in einer Art Unwissenheit wissend sein, um uns — nachdem wir die Genauigkeit der Wahrheit, so wie sie ist, nicht fassen können — wenigstens soweit führen zu lassen, daß wir die Existenz der Wahrheit erkennen, die wir jetzt nicht zu begreifen vermögen. Das ist das Ziel meiner Bemühungen in diesem (zweiten) Teil, die du gütig beurteilen und entgegennehmen mögest³.

Capitulum I

Correlaria praeambularia
ad inferendum unum infinitum
universum

Proderit plurimum doctrinae ignorantiae correlaria praeambularia ex principio nostro praemitti. Praestabunt enim quandam facilitatem ad infinita similia, quae pari arte elici poterunt, et dicenda facient clariora.

Habuimus in radice dictorum in excessis et excedentibus ad maximum in esse et posse non deveniri. Hinc in prioribus ostendimus praecisam aequalitatem solum deo convenire. Ex quo sequitur omnia dabilia praeter ipsum differre. Non potest igitur unus motus cum alio aequalis esse nec unus alterius mensura, cum mensura à mensurato necessario differat. 10

Haec quidem etsi ad infinita tibi deserviant, tamen si ad astronomiam transfers, apprehendis calculatorem artem praecisione carere, quoniam per solis motum omnium aliorum planetarum motum mensurari posse praesupponit. Caeli etiam dispositio, quoad qualemcumque locum sive quoad ortus et occasus signorum sive poli elevationem ac quae circa hoc sunt, praecise scibilis non est. Et cum nulla duo loca in tempore et situ praecise concordent, manifestum est iudicia astrorum longe in sua particularitate a praecisione esse. 20

Si consequenter hanc regulam mathematicae adaptes, in geometricis figuris aequalitatem actu impossibilem vides et nullam rem cum alia in figura praecise posse concordare¹ nec in magnitudine. Et quamvis regulae verae sint in

¹ concordare Φ convenire *Fl*

Ergänzende Bemerkungen als Einleitung
zum Erweis des einen
unendlichen Universums

Für die Lehre von der Unwissenheit wird es von großem Nutzen sein, zur Einleitung einige ergänzende Bemerkungen aus unserem Prinzip⁴ vorzuschicken. Sie werden nämlich eine Unzahl ähnlicher Ableitungen erleichtern, die auf gleiche Weise gewonnen werden können, und werden das Folgende klarer machen.

Unsere Ausführungen wurzeln in dem Satz, daß man beim Überschrittenen und Überschreitenden nicht zu einem Größten im Sein und Können gelangt. Wir haben als Folge dieses Satzes im Voraufgehenden gezeigt, daß die genaue Gleichheit nur Gott zukommt⁵. Daraus folgt, daß alle angebbaren Gegenstände außer Gott verschieden sind. Es kann also keine Bewegung der anderen gleich sein, noch eine das Maß der anderen, da sich dabei Maß und Gemessenes notwendig unterscheiden würden⁶.

Diese Einsicht könnte zwar für eine Unzahl von Folgerungen dienen, wendet man sie aber auf die Astronomie an⁷, so erkennt man, daß die Kunst der Berechnung der Genauigkeit entbehrt. Setzt sie doch voraus, daß man durch die Sonnenbewegung die Bewegung aller anderen Planeten messen könne. Auch die Ordnung des Himmels hinsichtlich irgendeines Ortes oder des Aufganges und Unterganges der Sternzeichen oder der Elevation des Pols oder was dergleichen Angaben sind, läßt sich nicht mit Genauigkeit wissen. Und da nicht zwei Orte in Zeit und Lage genau übereinstimmen, so ist es klar, daß Einzelaussagen über die Gestirne von Genauigkeit weit entfernt sind.

92 Wendet man ferner diese Regel auf die Mathematik an, so findet man, daß bei geometrischen Figuren eine wirkliche Gleichheit unmöglich ist, und daß kein Ding mit einem anderen in Gestalt und Größe genau übereinstimmen kann. Und obwohl die Regeln der Geometrie ihrem Begriff

sua ratione datae figurae aequalem describere, in actu tamen aequalitas impossibilis est in diversis. Ex quo ascende quomodo veritas abstracta a materialibus ut in ratione aequalitatem videt, quam in rebus experiri per omnia impossibile est, quoniam ibi non est nisi cum defectu.

Age, in musica ex regula praecisio non est. Nulla ergo 93
 res cum alia in pondere concordat neque longitudine neque
 spissitudine. Neque est possibile proportiones harmonicas
 inter varias voces fistularum, campanarum, hominum et
 ceterorum instrumentorum praecise reperiri, quin praeci-
 sior dari possit. Neque in diversis instrumentis idem
 gradus veritatis proportionis est sicut nec in diversis homi-
 nibus, sed in omnibus secundum locum, tempus, com-
 plexionem et alia diversitas necessaria est. Praecisa itaque
 proportio in ratione sua videtur tantum, et non possumus 10
 in rebus sensibilibus dulcissimam harmoniam absque de-
 fectu experiri, quia ibi non est. Ascende hic quomodo
 praecisissima maxima harmonia est proportio in aequalitate,
 quam vivus homo audire non potest in carne, quoniam ad
 se attraheret rationem animae nostrae, cum sit omnis ratio,
 sicut lux infinita omnem lucem, ita quod anima a sensi-
 bilibus absoluta sine raptu ipsam supreme concordantem
 harmoniam aure intellectus non audiret. Magna quaedam
 dulcedo contemplationis hic hauriri posset tam circa im-
 mortalitatem intellectualis et rationalis nostri spiritus, qui 20
 rationem incorruptibilem in sua natura gestat, per quam
 similitudinem concordantem et discordantem ex se attingit

nach wahr sind, wenn sie vorschreiben, wie zu einer gegebenen Figur eine gleiche zu zeichnen ist, so ist in Wirklichkeit völlige Gleichheit bei verschiedenen Dingen unmöglich. Von da steige man zu der Erkenntnis auf, daß die vom Stofflichen abgelöste Wahrheit die Gleichheit nur gleichsam im Begriffe schaut, während es völlig unmöglich ist, sie in den Dingen zu erfahren, weil sie sich dort nur unvollkommen findet⁸.

- 93 Auch in der Musik gibt es auf Grund der Regel keine Genauigkeit. Es stimmt also kein Ding mit einem anderen in Gewicht, Länge und Dichte überein. Auch die harmonischen Proportionen zwischen den verschiedenen Tönen von Flöten, Glocken, menschlichen Stimmen und anderen Instrumenten lassen sich nicht genau finden, so daß eine genauere Bestimmung stets möglich bleibt. Auch findet sich bei verschiedenen Instrumenten nicht der gleiche Grad proportionaler Wahrheit, ebenso wie er sich auch nicht bei verschiedenen Menschen findet, vielmehr findet sich notwendigerweise bei allen Verschiedenheit hinsichtlich des Ortes, der Zeit, der Verbindung und in sonstiger Hinsicht. Die genaue proportionale Entsprechung wird deshalb nur in ihrem Begriff erschaut, und in den sinnlich wahrnehmbaren Dingen vermögen wir die süßeste Harmonie nicht ohne Beeinträchtigung zu erfahren, weil sie sich dort nicht findet. Hier erhebe nun deinen Geist zur Einsicht, daß letzte vollkommene Harmonie Proportion in Gleichheit ist, die der lebende Mensch in seinem Leibesdasein nicht zu hören vermag, da sie die Verstandeskraft unserer Seele an sich ziehen würde, weil sie der Verstandesbegriff selbst ist, so wie das unendliche Licht alles Licht an sich ziehen würde; und das in solcher Weise, daß selbst die von den Sinnesbindungen gelöste Seele diese in höchster Weise zusammenklingende Harmonie mit dem Ohre ihres Geistes nicht ohne Entrückung hören würde. Große Süße der Betrachtung ließe sich hier gewinnen, sowohl über die Unsterblichkeit unseres vernünftigen und verstandesmäßigen Geistes, der in seiner Natur den unvergänglichen Wesensgrund trägt⁹, kraft dessen er aus sich in der Musik konkordante und diskordante Ähnlichkeit erreicht, als auch über

in musicis, quam circa gaudium aeternum, in quod beati a mundanis absoluti transferuntur. Sed de hoc alias.

Praeterea: Si regulam nostram arithmeticae applicemus, 94 nulla duo in numero convenire posse videmus. Et quoniam ad varietatem numeri compositio, complexio, proportio, harmonia, motus et omnia variantur extendendo infinita, ex hoc nos ignorare intelligimus.

Quoniam nemo est ut alius in quocumque, neque sensu neque imaginatione neque intellectu neque operatione aut scriptura aut pictura vel arte, etiam si mille annis unus alium imitari studeret in quocumque, numquam tamen praecisionem attingeret, licet differentia sensibilis ali- 10 quando non percipiatur. Ars etiam naturam imitatur quantum potest, sed numquam ad ipsius praecisionem poterit pervenire. Carent igitur medicina, alchimia, magica et ceterae artes transmutationum veritatis praecisione, licet una verior in comparatione ad aliam, ut medicina verior quam artes transmutationum, ut ista ex se patent.

Adhuc ex eodem fundamento elicientes dicamus: Quon- 95 iam in oppositis excedens et excessum reperimus, ut in simplici et composito, abstracto et concreto, formali et materiali, corruptibili et incorruptibili et ceteris, hinc ad alterum purum oppositorum non devenitur, aut in quo concurrant praecise aequaliter. Omnia igitur ex oppositis sunt in gradus diversitate habendo de uno plus, de alio minus, sortiundo naturam unius oppositorum per victoriam unius supra aliud. Ex quo rerum notitia rationabiliter investiga-

die ewige Freude, in die die Seligen, die von irdischen Beschwerden gelöst sind, versetzt werden. Darüber aber an anderer Stelle¹⁰.

- 94 Wenden wir ferner unsere Regel auf die Arithmetik an, so sehen wir, daß nicht zwei Dinge in der Zahlbestimmung übereinstimmen können. Und da nach der Mannigfaltigkeit der Zahlbestimmung die Zusammensetzung, Verbindung, Proportion, Harmonie, Bewegung und alles in unendlicher Erstreckung verschieden ist, so wissen wir damit, daß wir nichts wissen.

Da niemand in allen Einzelheiten wie der andere ist weder in der sinnlichen Wahrnehmung noch in der Vorstellungskraft noch in der Vernunftesicht noch im Handeln, im Schreiben, im Malen oder in sonst einer Kunst, so würde einer den anderen doch nicht mit Genauigkeit erreichen, auch wenn er sich durch tausend Jahre bemühte, ihn in irgendeiner Hinsicht nachzuahmen, wenn auch die im Sinnlichen vorhandene Verschiedenheit manchmal nicht bemerkt wird. Auch die Kunst ahmt, so gut sie kann, das Verfahren der Natur nach¹¹, doch vermag sie niemals zu deren Genauigkeit zu gelangen. Die Medizin, die Alchimie, die Magie und die sonstigen Künste der Verwandlung entbehren deshalb der Genauigkeit der Wahrheit, mag auch die eine im Vergleich zur anderen der Wahrheit näher kommen, so wie die Medizin wahrer ist als die Künste der Umwandlung, wie das aus sich selbst einleuchtend ist.

- 95 Aus der gleichen Grundlage¹² leiten wir demnach folgende Behauptung ab: Da wir in den Gegensätzen ein Mehr oder Weniger finden, etwa im Einfachen und Zusammengesetzten, im Abstrakten und Konkreten, im Formalen und Materialen, Vergänglichen und Unvergänglichen usw., deshalb kommt man nicht zum reinen Gegenteil oder zu dem, in dem die Gegensatzglieder in genau gleicher Weise zusammentreffen. Alles besteht also aus entgegengesetzten Bestandteilen in gradweiser Verschiedenheit, indem es vom einen mehr, vom anderen weniger besitzt, und auf diese Weise die Natur des einen der Gegenteile dadurch erreicht, daß die eine der gegensätzlichen Bestimmungen die andere besiegt. Aus solchen Verhältnissen forscht unser Ver-

tur, ut sciamus quomodo compositio in uno est in quadam 10
 simplicitate et in alio simplicitas in compositione et cor-
 ruptibilitas in incorruptibilitate in uno, contrarium in alio,
 ita de reliquis, prout extendemus in libro Coniecturarum,
 ubi de hoc latius agetur. Sufficiant ista pauca pro mirabili
 potestate doctae ignorantiae ostendenda.

Amplius magis ad propositum descendendo dico: Quon- 96
 iam ascensus ad maximum et descensus ad minimum
 simpliciter non est possibilis, ne fiat transitus in infinitum,
 ut in numero et divisione continui constat, tunc patet
 quod dato quocumque finito semper est maius et minus
 sive in quantitate aut virtute vel perfectione et ceteris
 necessario dabile, cum maximum aut minimum simpliciter
 dabile in rebus non sit. Nec processus fit in infinitum, ut
 statim ostensum est. Nam cum quaelibet pars infiniti sit
 infinita, implicat contradictionem magis et minus ibi reperi- 10
 ri, ubi ad infinitum deveniretur, cum magis et minus
 sicut nec infinito convenire possunt ita nec qualemcumque
 proportionem ad infinitum habenti, cum necessario ipsum
 etiam infinitum sit. Binarius enim non esset minor cen-
 tenario in numero infinito, si per ascensum ad ipsum
 possit actu deveniri, sicut nec linea infinita ex infinitis
 bipedalibus esset minor linea infinita ex infinitis quadru-
 pedalibus lineis. Nihil est itaque dabile, quod divinam
 terminet potentiam. Quare omni dato dabile est maius et
 minus per ipsam, nisi datum simul esset absolutum maxi- 20
 mum, ut in tertio libello deducetur.

stand nach einer Erkenntnis der Dinge, um zu wissen, wie beim einen die Zusammensetzung in einer gewissen Einfachheit, beim anderen dagegen die Einfachheit in Zusammensetzung besteht und die Vergänglichkeit beim einen in Unvergänglichkeit, beim anderen umgekehrt usw. Im Buche über die Vermutungen, wo in größerer Breite über diese Frage gehandelt werden soll, wollen wir das darlegen¹³. Doch mögen diese wenigen Bemerkungen genügen, um die wunderbare Macht der belehrten Unwissenheit zu zeigen.

96 In stärkerer Hinwendung zu meinem Thema erkläre ich ferner: Da ein Aufstieg zum schlechthin Größten und ein Abstieg zum schlechthin Kleinsten nicht möglich ist, da sonst ein Übergang ins Unendliche stattfände, was bei der Zahl und bei der Teilung eines Kontinuums deutlich wird, so ist klar, daß gegenüber jedem gegebenen Endlichen stets ein Größeres oder Kleineres, sei es der Quantität, der Kraft, der Vollendung oder sonstigen Bestimmungen nach mit Notwendigkeit gegeben werden kann, da das schlechthin Größte oder Kleinste in den Dingen nicht gegeben werden kann. Es geschieht auch kein Fortschreiten ins Unendliche, wie eben gezeigt wurde. Denn da jeder Teil des Unendlichen unendlich ist, so schließt es einen Widerspruch ein zu behaupten, man könne das Verhältnis des Größer- und Kleinerseins dort finden, wo man zum Unendlichen gelangt, da das Verhältnis des Größer- und Kleinerseins ebenso wenig wie dem Unendlichen dem zukommen kann, das in irgendeinem proportionalen Verhältnis zum Unendlichen steht, da dieses dann notwendigerweise auch selbst unendlich wäre. Die Zweizahl wäre ja in der unendlichen Zahl nicht kleiner als Hundert, wenn man im Aufstieg wirklich zur unendlichen Zahl gelangen könnte, so wie die aus unendlich vielen zwei-Fuß-langen Linien bestehende unendliche Linie nicht kleiner wäre als die aus unendlich vielen vier-Fuß-langen Linien. Es läßt sich daher nichts geben, was die göttliche Macht einschränkte. Kraft dieser läßt sich deshalb gegenüber jedem Gegebenen ein Größeres und Kleineres geben, es sei denn, das Gegebene ist zugleich das absolut Größte, wie das im dritten Buch abgeleitet werden soll¹⁴.

Solum igitur absolute maximum est negative infinitum. 97
 Quare solum illud est id, quod esse potest omni potentia.
 Universum vero cum omnia complectatur, quae deus non
 sunt, non potest esse negative infinitum, licet sit sine ter-
 mino et ita privative infinitum. Et hac consideratione nec
 finitum nec infinitum est. Non enim potest esse maius
 quam est. Hoc quidem ex defectu evenit. Possibilitas enim
 sive materia ultra se non extendit. Nam non est aliud
 dicere 'universum posse semper actu esse maius' quam
 dicere 'posse-esse transire in actu² infinitum esse', quod est 10
 impossibile, cum infinita actualitas, quae est absoluta
 aeternitas, ex posse exoriri nequeat, quae est actu omnis
 essendi possibilitas. Quare licet in respectu infinitae dei
 potentiae, quae est interminabilis, universum posset esse
 maius, tamen resistente possibilitate essendi aut materia,
 quae in infinitum non est actu extendibilis, universum
 maius esse nequit. Et ita interminatum, cum actu maius eo
 dabile non sit, ad quod terminetur. Et sic privative in-
 finitum. Ipsum autem non est actu nisi contracte, ut sit
 meliori quidem modo, quo suae naturae patitur condicio. 20
 Est enim creatura, quae necessario est ab esse divino sim-
 pliciter absoluto, prout consequenter in docta ignorantia,
 quanto clarius et simplicius fieri poterit, quam breviter
 ostendemus.

² actum C T Tr O HK

97 Nur das absolut Größte ist also in negativer Weise unendlich. Darum ist es allein das, was es nach all seinen Möglichkeiten sein kann. Das Universum dagegen kann, obgleich es alles umfaßt, was nicht Gott ist, nicht negativ unendlich sein, obschon es ohne Grenze ist und somit privativ unendlich¹⁵. In dieser Sicht ist es weder endlich noch unendlich. Es kann ja nicht größer sein, als es ist. Das ist eine Folge des Mangels, denn die Möglichkeit, d. h. die Materie erstreckt sich nicht weiter. Denn es ist nichts anderes, wenn man sagt: „Das Universum kann tatsächlich immer größer sein“, als wenn man sagt: „Das Seinkönnen geht über in ein tatsächliches Unendlichsein“, was unmöglich ist, denn die unendliche Wirklichkeit, die die absolute Ewigkeit ist, kann nicht aus dem Können entstehen, ist sie doch alle Möglichkeit des Seins in Wirklichkeit. Obgleich demnach mit Rücksicht auf die unendliche göttliche Macht, die ohne Grenze ist, das All größer sein könnte, so kann es doch nicht größer sein, da sich die Möglichkeit des Seins oder die Materie dem widersetzt, denn diese läßt sich in Wirklichkeit nicht ins Unendliche erweitern. Und somit ist das All ohne Grenze, da sich ein tatsächlich Größeres nicht geben läßt, gegen das es abgegrenzt würde. Und somit ist es privativ unendlich. Das Universum ist nur in eingeschränkter Weise wirklich, um dadurch auf die beste Weise zu sein, welche die Bedingung seiner Natur zuläßt. Es ist ja Geschöpf, das notwendigerweise vom absoluten göttlichen Sein abhängt, wie wir im Folgenden in belehrter Unwissenheit in möglichster Klarheit und Einfachheit und in aller Kürze zeigen wollen.

Capitulum II

Quod esse creaturae sit inintelligibiliter
ab esse primi

Docuit nos sacra ignorantia in prioribus nihil a se esse nisi maximum simpliciter, ubi a se, in se, per se et ad se idem sunt: ipsum scilicet absolutum esse, necesseque esse omne quod est id quod est in quantum est, ab ipso esse. Quomodo enim id, quod a se non est, aliter esse posset quam ab aeterno esse? Quoniam autem ipsum maximum procul est ab omni invidia, non potest esse di- 10
minutum ut tale communicare. Non habet igitur creatura, quae ab-esse est, omne id quod est: corruptibilitatem, divisibilitatem, imperfectionem, diversitatem, pluralitatem et cetera huiusmodi a maximo, aeterno, indivisibili, perfectissimo, indistincto, uno neque ab aliqua causa positiva.

Sicut enim linea infinita est rectitudo infinita, quae est 99
causa omnis esse linealis, linea vero curva in hoc quod linea ab infinita est, in hoc quod curva non ab infinita est sed curvitas sequitur finitatem, quoniam ex eo curva, quia non maxima — si enim maxima esset, curva non esset, ut superius est ostensum —, ita quidem contingit rebus, quoniam maximum esse non possunt, ut sint diminuta, altera, distincta et cetera huiusmodi, quae quidem causam non habent. Habet igitur creatura a deo, ut sit una, discreta et conexa universo et quanto magis una, tanto deo similior. 10
Quod autem eius unitas est in pluralitate, discretio in confusione et conexio in discordantia, a deo non habet neque¹

¹ neque: ab *add.O² s.l. HK*

Das Sein des Geschöpfes
hängt in unerkennbarer Weise
vom Sein des Ersten ab

Im Voraufgehenden¹⁶ lehrte uns die heilige Unwissenheit, daß nichts aus sich ist außer das schlechthin Größte, bei dem aus sich, in sich, durch sich und auf sich hin dasselbe sind, nämlich das absolute Sein selbst. Sie lehrte uns ferner, daß notwendigerweise alles, was ist, das, was es ist, und insofern es ist, vom Sein selbst her besitzt. Wie könnte nämlich das, was aus sich selbst nicht ist, in anderer Weise Sein besitzen als vom ewigen Sein her? Da aber dem Größten aller Neid ferneliegt¹⁷, kann es kein vermindertes Sein als solches (d. h. als vermindertes Sein) mitteilen. Das Geschöpf, das abgeleitetes Sein ist, hat also nicht all das, was es ist, Vergänglichkeit, Teilbarkeit, Unvollkommenheit, Verschiedenheit, Vielheit und seine sonstigen derartigen Bestimmungen vom Größten, Ewigen, Unteilbaren, Vollkommensten, Ungeschiedenen, Einen noch von irgendeiner positiven Ursache.

- 99 Wie nämlich die unendliche Linie unendliche Geradheit ist¹⁸, welche die Ursache alles Linieseins ist, die gekrümmte Linie jedoch, insofern sie Linie ist, von der unendlichen Linie her Sein hat, in ihrer Gekrümmtheit jedoch nicht von der unendlichen Linie her ist, die Krümmung vielmehr eine Folge der Endlichkeit ist, weil sie ja nur deshalb gekrümmt ist, da sie nicht größte Linie ist — wäre sie nämlich größte, wäre sie nicht gekrümmt, wie oben gezeigt wurde¹⁹ —, so geht es den Dingen, daß sie, da sie ja nicht das Größte zu sein vermögen, gemindert, je andere, verschiedene usw. sind, doch haben diese Bestimmungen keine positive Ursache. Das Geschöpf hat also von Gott seine Einheit, seine abgesonderte Bestimmtheit, seine Verbindung mit dem Universum und seine nach dem Maß seiner Einheit jeweils größere Ähnlichkeit mit Gott. Die Tatsache dagegen, daß seine Einheit in Vielheit besteht, seine Bestimmtheit in Vermischung, sein Verbundensein mit dem All in Dis-

aliqua causa positiva, sed contingenti².

Quis igitur copulando simul in creatura necessitatem 100 absolutam, a qua est, et contingentiam, sine qua non est, potest intelligere esse eius? Nam videtur quod ipsa creatura, quae nec est deus nec nihil, sit quasi post deum et ante nihil, intra deum et nihil, ut ait unus sapientum: "Deus est oppositio nihil mediatione entis". Nec tamen potest esse ab esse et non-esse composita. Videtur igitur neque esse, per hoc quod descendit de esse, neque non esse, quia est ante nihil, neque compositum ex illis. Noster autem intellectus, qui nequit transilire contradictoria, di- 10 visive aut compositive esse creaturae non attingit, quamvis sciat eius esse non esse nisi ab esse maximi. Non est igitur ab-esse intelligibile, postquam esse a quo non est intelligibile, sicut nec adesse³ accidentis est intelligibile, si substantia cui adest non intelligitur. Et igitur non potest creatura ut creatura dici una, quia descendit ab unitate, neque plura⁴, quia eius esse est ab uno, neque ambo copulative. Sed est unitas eius in quadam pluralitate contingenter. Ita de simplicitate et compositione et reliquis oppositis pariformiter dicendum videtur. 20

Quoniam vero creatura per esse maximi creata est, in 101 maximo vero idem est esse, facere et creare, tunc non aliud videtur esse creare quam deum omnia esse. Si igitur deus est omnia et hoc est creare, quomodo intelligi hoc poterit, quod creatura non est aeterna, cum dei esse sit aeternum, immo ipsa aeternitas? Inquantum enim ipsa creatura est esse dei, nemo dubitat esse aeternitatem. Inquantum igitur cadit sub tempore, non est a deo, qui est aeternus. Quis

² contingenti *Fl* contingenter Φ *HK* ³ adesse *Fl p* *HK* ab esse Φ

⁴ plura *Fl M* (*scr. et del. T²*) plures *ceteri HK*

harmonie, hat es nicht von Gott und auch nicht von irgend-einer positiven Ursache, sondern von einer kontingenten.

100 Wer kann nun das Sein der Schöpfung dadurch begreifen, daß er in ihr die absolute Notwendigkeit, von der her sie Sein besitzt, und die Kontingenz, ohne die sie nicht existiert, miteinander verbindet? Denn offenbar steht die Schöpfung, die weder Gott noch nichts ist, gewissermaßen Gott nach und vor dem Nichts, zwischen Gott und dem Nichts, wie einer der Weisen sagt: „Gott ist der Gegensatz zum Nichts kraft des Seins“²⁰. Dennoch kann die Schöpfung nicht aus Sein und Nichtsein zusammengesetzt sein. Sie scheint daher weder zu sein, weil sie vom Sein abgestiegen ist, noch nicht zu sein, da sie Vorrang hat vor dem Nichts, noch scheint sie aus beiden zusammengesetzt. Unser Geist, der die Gegensätze nicht zu überschreiten vermag, erfaßt aber weder in Trennung noch in Zusammenfassung das Sein der Schöpfung, obwohl er weiß, daß ihr Sein nur vom Sein des Größten herrührt. Es ist demnach das abhängige Sein nicht erkennbar, da das Sein, von dem es herkommt, nicht erkennbar ist, so wie auch das anhängende Sein des Akzidens nicht erkennbar ist, wenn die Substanz, der es anhängt, nicht erkannt wird. Und folglich läßt sich die Schöpfung als Schöpfung nicht als Eines bezeichnen, weil sie von der Einheit absteigt, und nicht als ein Vieles, weil ihr Sein vom Einen stammt, noch lassen sich beide Aussagen verbinden. Ihre Einheit besteht vielmehr kontingenterweise in einer gewissen Vielheit. Dieselbe Aussage gilt offenbar in gleicher Weise von der Einfachheit und Zusammensetzung und von den übrigen Gegensätzen.

101 Da indes die Schöpfung durch das Sein des Größten geschaffen ist, im Größten jedoch Sein, Tun und Erschaffen dasselbe sind, so scheint Erschaffen nichts anderes zu sein als daß Gott alles ist²¹. Wenn also Gott alles ist und wenn das Erschaffen bedeutet, wie läßt sich dann die Tatsache verstehen, daß die Schöpfung nicht ewig ist, da doch Gottes Sein ewig ist, ja die Ewigkeit selbst ist. Insofern nämlich die Schöpfung das Sein Gottes ist, bezweifelt niemand, daß sie Ewigkeit ist. Insofern sie also der Zeit unterworfen ist, ist sie nicht von Gott, der ewig ist. Wer begreift demnach,

igitur intelligit creaturam ab aeterno et cum hoc temporaliter esse? Non potuit enim creatura in esse ipso in aeternitate non esse neque potuit prius tempore esse, quando ante tempus non fuit prius. Et ita semper fuit, quando esse potuit.

Quis denique intelligere potest deum esse essendi formam nec tamen immisceri creaturae? Non enim ex infinita linea et finita curva potest unum exoriri compositum, quod absque proportione esse nequit. Proportionem vero inter infinitum et finitum cadere non posse nemo dubitat. Quomodo igitur capere potest intellectus esse lineae curvae ab infinita recta esse, quae tamen ipsam non informat ut forma, sed ut causa et ratio? Quam quidem rationem non potest participare partem capiendo, cum sit infinita et indivisibilis, aut ut materia participat formam, ut Socrates et Plato humanitatem, aut ut totum participatur a partibus, sicut universum a suis partibus, nec ut plura specula eandem faciem diversimode, cum non sit esse creaturae ante ab-esse, cum sit ipsum, sicut speculum ante est speculum quam imaginem faciei recipiat. 102 10

Quis est igitur, qui intelligere queat, quomodo diversimode una infinita forma participetur in diversis creaturis, cum creaturae esse non possit aliud esse quam ipsa resplendentia, non in aliquo alio positive recepta, sed contingenter diversa? Quemadmodum fortassis, si penitus artificiatum ab idea artificis dependens non haberet aliud esse quam dependentiae, a quo haberet esse et sub cuius influenza conservaretur, sicut imago faciei⁵ in speculo, posito 103

⁵ faciei *Fl Pr speciei ceteri HK*

daß die Schöpfung vom Ewigen stammt und trotzdem zeitlich ist²²? Die Schöpfung konnte ja im Sein selbst nicht in Ewigkeit nicht sein und konnte auch nicht früher als die Zeit sein, da es vor der Zeit kein Früher gab²³. Und so war sie immer, da sie sein konnte.

102 Wer kann schließlich begreifen, daß Gott die Form des Seins²⁴ ist und doch nicht sich mit der Schöpfung vermischt? Aus der unendlichen Linie und der endlich gekrümmten Linie kann nämlich nicht eine einheitliche Zusammensetzung entstehen, die nicht ohne proportionales Verhältnis sein könnte. Niemand aber zweifelt daran, daß ein proportionales Verhältnis zwischen dem Unendlichen und dem Endlichen nicht bestehen kann²⁵. Wie vermag also die Vernunft zu begreifen, daß das Sein der gekrümmten Linie von der unendlichen Geraden stammt, die doch jene nicht als Form bestimmt, sondern als Ursache und Wesensgrund? An diesem Wesensgrund kann sie indes nicht teilhaben, indem sie sich einen Teil davon zu eigen macht, da er unendlich und unteilbar ist, auch nicht so wie die Materie an der Form teilhat, so wie Sokrates und Platon am Menschsein teilhaben, auch nicht so wie die Teile am Ganzen teilhaben, so wie die Teile des Universums am Universum²⁶, auch nicht so wie mehrere Spiegel in verschiedener Weise am gleichen Antlitz teilhaben, da ja das Sein der Schöpfung nicht vor dem Abhängigsein steht, ist es doch eben abhängiges Sein, während der Spiegel vorher schon Spiegel ist und dann erst das Bild eines Antlitzes aufnimmt.

103 Wer könnte demnach zur Erkenntnis gelangen, wie die eine unendliche Form in den verschiedenen Geschöpfen auf verschiedene Weise Teilnahme findet, da doch das Sein des Geschöpfes nichts anderes sein kann als die Widerspiegelung selbst, die nicht in einem anderen in positiver Weise aufgenommen wird, sondern die in kontingenter Weise verschieden ist? Das gleicht wohl dem Fall, daß ein Kunstwerk, das ja völlig von der Idee des Künstlers abhängt, kein anderes Sein hätte als das seiner Abhängigkeit, von dem es sein Sein hätte und unter dessen Einfluß es sich im Sein erhielte, so wie das Bild eines Antlitzes im Spiegel un-

quod speculum ante aut post per se et in se nihil sit.

Neque potest intelligi, quomodo deus per creaturas 10
visibiles possit nobis manifestus fieri. Nam non sicut intel-
lectus noster solum deo et nobis cognitus, qui dum
in cogitationem venerit, ex quibusdam phantasiis formam
quandam in memoria recipit coloris aut soni aut alterius,
qui prius informis fuit et post hoc aliam assumens signorum,
vocum aut litterarum formam se aliis insinuat. Nam quam-
vis deus propter suam cognoscendam bonitatem — ut reli-
giosi volunt — aut ex eo, quia maxima absoluta necessitas,
creavit mundum, qui ei oboediat, ut sint qui⁶ cogantur et
eum timeant et quos iudicet, vel aliter, tamen manifestum 20
est eum nec aliam formam induere, cum sit forma omnium
formarum, nec in positivis signis apparere, cum ipsa signa
pariformiter in eo quod sunt alia requirerent in quibus
et ita in infinitum.

Quis ista intelligere posset, quomodo omnia illius unice 104
infinite formae sunt imago, diversitatem ex contingenti
habendo, quasi creatura sit deus occasionatus sicut acci-
dens substantia occasionata et mulier vir occasionatus?
Quoniam ipsa forma infinita non est nisi finite recepta, ut
omnis creatura sit quasi infinitas finita aut deus creatus,
ut sit eo modo, quo hoc melius esse possit, ac si dixisset
creator: «Fiat», et quia deus fieri non potuit, qui est ipsa
aeternitas, hoc factum est, quod fieri potuit deo similis.
Ex quo subinfertur omnem creaturam ut talem perfectam, 10
etiam si alterius respectu minus perfecta videatur. Commu-
nicat enim piissimus deus esse omnibus eo modo, quo
percipi potest. Cum igitur deus absque diversitate et
invidia communicet et recipiatur, ita quod aliter et altius⁷

⁶ qui *Tr S I* quae *ceteri*

⁷ altius *Fl N I S T Tr* arcus *Pr* alterius *C M O HK*

ter der Voraussetzung, daß der Spiegel vor und nach seiner abbildenden Funktion an und für sich nichts wäre²⁷.

Es läßt sich auch nicht verstehen, wie Gott uns durch die sichtbaren Geschöpfe offenbar werden kann. Denn Gott ist nicht wie unser Geist, der nur Gott und uns bekannt ist. Wenn dieser zu denken beginnt, so nimmt er aus gewissen Vorstellungsbildern im Gedächtnis eine Form auf, die Form einer Farbe, eines Klangs oder eines anderen Sinneseindrucks. Vorher war er ohne Form, und nachher nimmt er eine andere Form von Zeichen, Lauten oder Schriftzeichen auf und teilt sich anderen mit. Denn wenn auch Gott, damit seine Güte erkannt wird — wie es die Frommen wollen²⁸ — oder weil er die größte, absolute Notwendigkeit ist²⁹, die Welt geschaffen hat, damit diese ihm gehorche und es Wesen gebe, die ihm untertan sind, ihn fürchten und die er richtet oder aus anderen Gründen, so ist es jedenfalls klar, daß er weder eine andere Form annimmt, da er die Form aller Formen³⁰ ist, noch in positiven Zeichen erscheint, da die Zeichen gleichermaßen in dem, was sie sind (in ihrem Zeichensein) anderes voraussetzen würden, in dem sie sind und so fort ins Unendliche.

- 104 Wer vermöchte das zu begreifen, wie alles Bild jener einzigen unendlichen Form ist und seine Verschiedenheit nur kontingenterweise besitzt, gleichsam als wäre das Geschöpf ein nicht vollendeter Gott, so wie das Akzidens eine nicht vollendete Substanz und die Frau ein nicht vollendeter Mann ist³¹? Ist doch die unendliche Form nur in endlicher Weise aufgenommen, so daß jedes Geschöpf gleichsam eine endliche Unendlichkeit oder ein geschaffener Gott ist³², um so auf bestmögliche Weise zu sein. Es ist, als hätte Gott sein „Es werde“ gesprochen, und weil kein Gott entstehen konnte, der die Ewigkeit selbst ist, so entstand ein Gott möglichst Ähnliches. Daraus folgt, daß jedes Geschöpf als solches vollkommen ist, auch wenn es im Vergleich mit einem anderen weniger vollkommen erscheint. Der gütige Gott teilt ja allem das Sein mit in der Weise, in der es aufgenommen werden kann. Da also Gott ohne Unterschied und ohne Mißgunst mitteilt³³ und seine Mitteilung so aufgenommen wird, daß die Kontingenz eine

contingentia recipi non sinat, quiescit omne esse creatum in sua perfectione, quam habet ab esse divino liberaliter, nullum aliud creatum esse appetens tamquam perfectius, sed ipsum quod habet a maximo praediligens quasi quoddam divinum munus, hoc incorruptibiliter perfici et conservari optans.

10

Capitulum III

105

Quomodo maximum complicit et explicet
omnia inintelligibiliter¹

Nihil dici aut cogitari potest de veritate investigabili, quod in prima parte non sit complicatum. Omnia enim quae cum eo, quod de veritate prima ibi dictum est, concordant, vera esse necesse est. Cetera quae discordant falsa sunt. Ibi autem ostensum reperitur non posse esse nisi unum maximum omnium maximorum. Maximum autem est, cui nihil potest opponi, ubi et minimum est 10 maximum. Unitas igitur infinita est omnium complicatio. Hoc quidem dicit unitas, quae unit omnia. Non tantum ut unitas numeri complicatio est, est maxima, sed quia omnium. Et sicut in numero explicante unitatem non reperitur nisi unitas, ita in omnibus quae sunt non nisi maximum reperitur.

Ipsa quidem unitas punctus dicitur in respectu quantitatis ipsam unitatem explicantis², quando nihil in quantitate reperitur nisi punctus. Sicut undique in linea est punctus, ubicumque ipsam diviseris, ita in superficie et 20 corpore. Nec est plus quam unus punctus, qui non aliud quam ipsa unitas infinita, quoniam ipsa est punctus, qui est terminus, perfectio et totalitas lineae et quantitatis, ipsam complicans. Cuius prima explicatio linea est, in qua non reperitur nisi punctus.

¹ inintelligibiliter *Fl* inintellectibiliter *I* intellectibiliter *ceteri HK*

² explicantis (*corr. ex complicantis*) *C* complicantis *ceteri*

andere und höhere Aufnahme nicht zuläßt, so findet jedes Geschöpf in seiner Vollendung sein Genüge, die es in freigebiger Weise vom göttlichen Sein her besitzt. Es will kein anderes Geschöpf sein, als ob dieses vollkommener wäre, sondern es bevorzugt das Wesen, das es vom Größten her besitzt, wie ein göttliches Geschenk und wünscht, dieses in unvergänglicher Weise zu vervollkommen und zu erhalten.

105

Kapitel 3

Das Größte als Einfaltung und Ausfaltung
von allem in unerkennbarer Weise

Über die Wahrheit, insofern sie erforschbar ist, läßt sich nichts sagen oder denken, was nicht im ersten Teil bereits eingefaltet läge. Denn alles, was mit dem dort über die erste Wahrheit Gesagten übereinstimmt, muß wahr sein. Alles andere, was nicht übereinstimmt, ist falsch. Dort aber findet sich der Nachweis, daß es nur ein Größtes unter allem Größten geben kann³⁴. Das Größte aber ist jenes, dem nichts gegenübergestellt werden kann, bei dem auch das Kleinste das Größte ist³⁵. Die unendliche Einheit ist demnach die Einfaltung von allem. Denn das besagt Einheit, daß sie alles eint. Die größte ist sie indes nicht so, wie die Einheit die Einfaltung der Zahl ist³⁶, sondern weil sie die Einfaltung von allem ist. Und wie sich in der Zahl, die die Einheit entfaltet, nur die Einheit findet, so findet sich in allem, was ist, nur das Größte.

Diese Einheit heißt Punkt in Hinsicht auf die Quantität, die sie entfaltet, denn in der Quantität findet sich nichts als der Punkt. Wie überall in der Linie, wo immer man sie auch teilen mag, der Punkt sich findet, so auch in der Fläche und im Körper. Es gibt indes nur einen Punkt, der nichts anderes ist als die unendliche Einheit selbst. Sie ist ja Punkt, der Grenze, Vollkommenheit und Ganzheit der Linie und der Quantität ist, indem er diese in sich einfaltet. Die erste Entfaltung des Punktes ist die Linie, in der sich nichts als der Punkt findet³⁷.

Ita quidem quies est unitas motum complicans, qui est 106
 quies seriatim ordinata, si subtiliter advertis. Motus igitur
 est explicatio quietis. Ita nunc sive praesentia complicat
 tempus. Praeteritum fuit praesens, futurum erit praesens.
 Nihil ergo reperitur in tempore nisi praesentia ordinata.
 Praeteritum igitur et futurum est explicatio praesentis.
 Praesens est omnium praesentium temporum complicatio,
 et praesentia tempora illius seriatim sunt explicatio, et non
 reperitur in ipsis nisi praesens. Una est ergo praesentia
 omnium temporum complicatio. Et illa quidem praesentia 10
 est ipsa unitas. Ita identitas est diversitatis complicatio,
 aequalitas inaequalitatis, et simplicitas divisionum sive dis-
 cretionum.

Una est ergo omnium complicatio, et non est alia sub- 107
 stantiae, alia qualitatis aut quantitatis et ita de reliquis
 complicatio, quoniam non est nisi unum maximum, cum quo
 coincidit minimum, ubi diversitas explicata³ identitati com-
 plicanti non opponitur. Sicuti enim unitas alteritatem
 praecedit, ita et punctus, qui est perfectio, magnitudinem.
 Perfectum enim omne imperfectum antecedit, ita quies
 motum, identitas diversitatem, aequalitas inaequalitatem,
 et ita de reliquis, quae cum unitate convertuntur, quae
 est ipsa aeternitas. Plura enim aeterna esse non possunt. 10
 Deus ergo est omnia complicans in hoc, quod omnia in eo.
 Est omnia explicans in hoc, quod ipse in omnibus.

Et ut in numeris intentionem declaremus: Numerus est 108
 explicatio unitatis. Numerus autem rationem dicit. Ratio
 autem ex mente est. Propterea bruta, quae mentem non
 habent, numerare nequeunt. Sicut igitur ex nostra mente
 per hoc, quod circa unum commune multa singulariter
 intelligimus, numerus exoritur, ita rerum pluralitas ex di-
 vina mente, in qua sunt plura sine pluralitate quia in uni-
 tate complicante. Per hoc enim, quod res non possunt ipsam

³ explicata *Fl* complicata Φ *HK*

- 106 So ist die Ruhe die die Bewegung einfaltende Einheit. Die Bewegung ist, genau betrachtet, nacheinander geordnete Ruhe. Sie ist also die Entfaltung der Ruhe. In gleicher Weise ist das Jetzt, d. h. die Gegenwart, die Einfaltung der Zeit. Die Vergangenheit war ja Gegenwart, die Zukunft wird Gegenwart sein. In der Zeit findet sich also nur geordnete Gegenwart. Die Vergangenheit und die Zukunft sind die Entfaltung der Gegenwart. Die Gegenwart ist die Einfaltung aller Gegenwarten, und die gegenwärtigen Zeitmomente sind ihre reihenweise Entfaltung. Es findet sich in ihnen nichts als Gegenwart. Die eine Gegenwart ist also die Einfaltung aller Zeiten, und diese Gegenwart ist die Einheit selbst. Ebenso ist die Identität die Einfaltung der Verschiedenheit, die Gleichheit die der Ungleichheit und die Einfachheit die der Teilungen oder Unterscheidungen.
- 107 Die Einfaltung von allem ist also eine einzige. Es gibt nicht eine andere Einfaltung für die Substanz, eine andere für die Qualität oder Quantität usw., gibt es doch nur ein Größtes, mit dem das Kleinste zusammenfällt, in dem die entfaltete Verschiedenheit nicht in Gegensatz steht zur einfaltenden Identität. Wie nämlich die Einheit der Andersheit vorangeht³⁸, so auch der Punkt, der Vollendung ist, der Größe. Das Vollkommene geht nämlich allem Unvollkommenen voran, so die Ruhe der Bewegung, die Identität der Verschiedenheit, die Gleichheit der Ungleichheit, und das gilt von allem, was mit der Einheit, welche die Ewigkeit selbst ist, gleichgesetzt werden kann. Es kann ja nicht mehrere Ewige geben³⁹. Gott ist die Einfaltung von allem insofern, als alles in ihm ist; er ist die Ausfaltung von allem insofern, als er in allem ist.
- 108 Wir wollen unsere Auffassung an den Zahlen erläutern: Die Zahl ist die Entfaltung der Einheit. Zahl aber bedeutet Verstandesbegriff⁴⁰. Der Begriff aber kommt aus dem Geist. Deshalb können die Tiere, die keinen Geist haben, nicht zählen. Wie also aus unserem Geist dadurch, daß wir durch einen Allgemeinbegriff vieles in seiner Vereinzelung erkennen, die Zahl entspringt⁴¹, so entspringt die Vielheit der Dinge aus dem göttlichen Geist, in dem sie viele ohne Vielheit sind, da sie ja in der einfaltenden Einheit sind. Da-

aequalitatem essendi aequaliter participare, deus in aeternitate unam sic, aliam sic intellexit, ex quo pluralitas, quae 10 in ipso est unitas, exorta est. Non habet autem pluralitas sive numerus aliud esse quam ut est ab ipsa unitate. Unitas igitur, sine qua numerus non esset numerus, est in pluralitate. Et hoc quidem est unitatem explicare, omnia scilicet in pluralitate esse.

Excedit autem mentem nostram modus complicationis 109 et explicationis. Quis rogo intelligeret, quomodo ex divina mente rerum sit pluralitas, postquam intelligere dei sit esse eius, qui est unitas infinita? Si pergis ad numerum similitudinem considerando, quomodo⁴ numerus est unius communis per mentem multiplicatio, videtur, quasi deus, qui est unitas, sit in rebus multiplicatus, postquam intelligere eius est esse. Et tamen intelligis non esse possibile illam unitatem, quae est infinita et maxima, multiplicari. Quomodo igitur intelligis pluralitatem, cuius esse est ab uno 10 absque unius multiplicatione? Aut quomodo intelligis multiplicationem unitatis absque multiplicatione? Non quidem sicut speciei unius aut unius generis in multis speciebus aut individuis, extra quae genus aut species non est nisi per intellectum abstrahentem.

Deus igitur, cuius esse unitatis non est per intellectum 110 a rebus abstrahentem neque rebus unitum aut immersum, quomodo explicetur per numerum rerum, nemo intelligit. Si consideras res sine eo, ita nihil sunt sicut numerus sine unitate. Si consideras ipsum sine rebus, ipse est et res sunt nihil. Si consideras ipsum ut est in rebus, res aliquid esse, in quo ipse est, consideras. Et in hoc erras, ut patuit in proximo capitulo, quoniam esse rei non est aliud, ut est

durch nämlich, daß die Dinge an der Gleichheit des Seins nicht in gleicher Weise teilhaben können, hat Gott von Ewigkeit das eine so, das andere so erkannt, woraus die Vielheit entspringt, die in ihm Einheit ist. Es hat aber die Vielheit, d. h. die Zahl, kein anderes Sein als ihr Abhängigsein von der Einheit. Die Einheit, ohne die die Zahl nicht Zahl wäre, existiert also in Vielheit. Und die Einheit entfalten bedeutet eben, daß alles in Vielheit existiert.

109 Die Weise der Einfaltung und der Ausfaltung freilich übersteigt die Fassungskraft unseres Geistes. Wer, so frage ich, vermöchte zu erkennen, wie aus dem göttlichen Geist die Vielheit der Dinge hervorgeht, da doch Gottes Erkennen sein Sein ist und er die unendliche Einheit ist? Wendet man nun des weiteren den betrachtenden Blick auf die in der Zahl liegende Gleichnishaftigkeit, so zeigt sich, da ja die Zahl die vom Geist vollzogene Vervielfachung eines Gemeinsamen ist, daß Gott, der die Einheit ist, in den Dingen gleichsam vervielfacht ist, nachdem doch sein Erkennen Sein ist. Und doch erkennt man die Unmöglichkeit einer Vervielfachung jener Einheit, die die unendliche und größte ist. Wie sollte man also die Vielheit verstehen, deren Sein ohne Vervielfachung des Einen vom Einen stammt? Oder wie sollte man die Vervielfachung der Einheit ohne Vervielfachung verstehen? Jedenfalls nicht in der Art wie die Vervielfältigung einer Art oder einer Gattung in vielen Arten oder Individuen, außerhalb deren die Gattung oder die Art nur durch die abstrahierende Vernunft Sein besitzt.

110 Wie also Gott, dessen Einheit-Sein weder aus der von den Dingen abstrahierenden Vernunft stammt, noch mit den Dingen vereinigt oder in sie versenkt ist, durch die Zahl der Dinge entfaltet wird, vermag niemand zu begreifen. Betrachtet man die Dinge ohne ihn, so sind sie ebenso nichts wie die Zahl ohne die Einheit⁴². Betrachtet man ihn ohne die Dinge, so ist er, und die Dinge sind nichts. Betrachtet man ihn, wie er in den Dingen ist, so betrachtet man die Dinge als etwas, in dem er ist. Und damit irrt man, wie im letzten Kapitel deutlich wurde, denn das Sein des Dinges ist nicht etwas anderes eigenes, so wie ein ver-

diversa res, sed eius esse est abesse. Si consideras rem ut est in deo, tunc est deus et unitas. 10

Non restat nisi dicere, quod pluralitas rerum exoriatur eo, quod deus est in nihilo. Nam tolle deum a creatura, et remanet nihil. Tolle substantiam a composito, et non remanet aliquod accidens et ita nihil remanet. Quomodo hoc possit per nostrum attingi intellectum? Nam quamvis accidens pereat sublata substantia, non est propterea accidens nihil. Perit autem, quia accidentis esse est adesse. Et propterea sicut quantitas non est nisi per esse substantiae, tamen quia adest, tunc substantia per quantitatem est quanta. Non sic hic. Nam creatura ita deo non adest. 20 Nihil enim confert deo, sicut accidens substantiae. Immo accidens intantum confert substantiae, quod quamvis ab ea habeat esse, tamen ex consequenti substantia sine omni accidente esse nequit. Hoc quidem in deo similiter esse nequit.

Quomodo igitur poterimus intelligere creaturam ut crea- 111
turam, quae a deo est et nihil etiam ex consequenti ei tribuere potest, qui est maximus? Et si ut creatura non habet etiam tantum entitatis sicut accidens, sed est penitus nihil, quomodo intelligitur pluralitatem rerum per hoc explicari, quod deus est in nihilo, cum nihil non sit alicuius entitatis? Si dicis: 'Eius voluntas omnipotens causa est, et voluntas et omnipotentia sunt suum esse. Nam tota est in circulo theologia', necesse est igitur fateri te penitus et complicationem et explicationem, quomodo fiat, ignorare, 10 hoc tantum scire, quod tu ignoras modum, licet etiam scias deum omnium rerum complicationem et explicationem, et — ut est complicatio — omnia in ipso esse ipse, et — ut est explicatio — ipsum in omnibus esse id quod sunt sicut veritas in imagine. Ac si facies esset in imagine propria,

schiedenes, selbständiges Ding, sondern sein Sein ist Abhängigsein. Betrachtet man das Ding, insofern es in Gott ist, dann ist es Gott und Einheit.

Es bleibt nur noch zu sagen, daß die Vielheit der Dinge daraus entsteht, daß Gott im Nichts ist. Denn nimm Gott von der Schöpfung, und es bleibt nichts. Nimm die Substanz von einem Zusammengesetzten, und es bleibt kein Akzidens, und somit bleibt nichts⁴³. Wie sollte unsere Vernunft dies bewältigen? Denn wenn auch das Akzidens vergeht bei Aufhebung der Substanz, so ist das Akzidens doch nicht nichts. Es vergeht aber deshalb, weil das Sein des Akzidens anhängendes Sein ist⁴⁴. Und obwohl die Quantität nur durch das Sein der Substanz ist, so erhält doch die Substanz durch das anhängende Sein der Quantität ihre quantitative Bestimmung. Hier ist es nicht so. Denn die Schöpfung ist nicht in dieser Weise Gott anhängendes Sein. Denn sie fügt zu Gott nichts hinzu, so wie das Akzidens zur Substanz. Ja das Akzidens fügt so viel zur Substanz hinzu, daß die Substanz, obwohl das Akzidens von ihr sein Sein hat, dennoch umgekehrt nicht ohne jedes Akzidens sein kann. Ein ähnliches Verhältnis ist bei Gott unmöglich.

- 111 Wie sollen wir also die Schöpfung als Schöpfung begreifen, die von Gott ist, und folglich ihrerseits ihm, der der Größte ist, auch nichts hinzuzufügen vermag? Und wenn die Schöpfung als solche nicht einmal so viel an Sein besitzt wie das Akzidens, sondern völlig nichts ist, wie soll man begreifen, daß die Vielheit der Dinge dadurch sich entfaltet, daß Gott im Nichts ist, da das Nichts doch keinerlei Sein hat? Sagt man: „Sein allmächtiger Wille ist die Ursache, und Wille und Allmacht sind sein Sein, denn die gesamte Theologie bewegt sich im Kreise“⁴⁵, dann muß man sein völliges Nichtwissen über die Art und Weise der Einfaltung und Ausfaltung bekennen. Man muß bekennen, daß man nur ein Wissen um das Nichtwissen über die Art und Weise der Einfaltung und Ausfaltung besitzt, obwohl man weiß, daß Gott die Einfaltung und Ausfaltung aller Dinge ist, und daß, sofern er Einfaltung ist, alles in ihm er selbst ist und, sofern er Ausfaltung ist, er in allem das ist, was es ist. wie die Wahrheit im Bilde. Hätten wir ein

quae ab ipsa multiplicatur distanter et propinque quoad imaginis multiplicationem — non dico secundum distantiam localem, sed gradualem a veritate faciei, cum aliter multiplicari non possit —, in ipsis multiplicatis ab una facie diversis imaginibus diversimode et multipliciter una 20 facies apparet supra omnem sensum et mentem inintelligibiliter.

Capitulum IV

112

Quomodo universum, maximum contractum tantum, est similitudo absoluti

Si ea, quae in praemissis nobis per doctam ignorantiam manifestata sunt, subtili consideratione extenderimus, ex hoc tantum, quod omnia absolutum maximum esse aut ab eo esse scimus, de mundo seu universo, quod maximum contractum tantum esse volo, multa nobis patere poterunt. Nam ipsum contractum seu concretum cum ab absoluto omne id habeat quod est, tunc illud quod est maximum 10 maxime absolutum quantum potest concomitatur. Igitur quae in primo libro de absoluto maximo nobis nota facta sunt, illa ut absoluta absoluto¹ maxime conveniunt, contracto contracte convenire affirmamus.

Aliqua exemplificemus, ut inquirenti ingressum paremus. 113 Deus est absoluta maximitas atque unitas, absolute differentia atque distantia praeveniens atque uniens, uti sunt contradictoria, quorum non est medium. Quae absolute est id quod sunt omnia, in omnibus absolutum principium atque finis rerum atque entitas. In quo omnia sunt sine

¹ absoluta absoluto *Fl* absoluto absolute Φ *HK*

Antlitz in seiner ihm gemäßen Abbildung, die in Vervielfältigung des Abbildes in größerem oder geringerem Abstand vervielfältigt wird — dabei meine ich nicht den räumlichen Abstand, sondern einen stufenweisen Abstand von der Wahrheit des Antlitzes, da sich dieses in anderer Weise nicht vervielfältigen könnte —, so würde in diesen von einem Antlitz vervielfältigten verschiedenen Bildern dieses eine Antlitz in verschiedener und vielfacher Weise erscheinen. Das übersteigt allen Sinn und Verstand und bleibt unbegreiflich.

112

Kapitel 4

Das All,
das nur eingeschränkt Größte,
als Gleichnis des absolut Größten

Werten wir die bisher mit Hilfe der belehrten Unwissenheit gewonnenen Erkenntnisse in scharfsinniger Betrachtung aus, so kann uns bereits das Wissen, daß alles das absolut Größte selbst ist oder sein Sein von ihm herleitet, eine Fülle von Einsichten über die Welt oder das All vermitteln, das ich als das nur eingeschränkt Größte verstanden wissen möchte. Denn da das Eingeschränkte, d. h. das konkret Individuelle, vom Absoluten all das hat, was es ist, gleicht sich jenes Größte (unter dem Eingeschränkten) soweit möglich dem völlig Absoluten an. Wir stellen also die Behauptung auf, daß das, was wir im ersten Buch über das absolut Größte kennengelernt haben, so wie es als Absolutes dem Absoluten in unbedingter Weise zukommt, dem Eingeschränkten in eingeschränkter Weise zukomme.

113 Wir wollen einige Beispiele anführen, um dem Suchenden den Zugang zu erleichtern. Gott ist die absolute Größe und Einheit. Er geht in absoluter Weise dem Verschiedenen und Entgegengesetzten, wie z. B. den kontradiktorischen Gegensätzen, zwischen denen es kein Mittleres gibt, voraus und einigt es. Diese absolute Größe und Einheit ist in absoluter Weise das Sein aller Dinge. Sie ist in allen das absolute Prinzip und das Ziel und die Seinsheit der Dinge.

pluralitate ipsum maximum absolutum simplicissime, indistincte. Sicut infinita linea omnes figurae, ita pariformiter mundus sive universum est contractum maximum atque unum, opposita praeveniens contracta, ut sunt contraria, 10 existens contracte id quod sunt omnia, in omnibus principium contractum atque contractus finis rerum, ens contractum, infinitas contracta, ut sit contracte infinitus. In quo omnia sine pluralitate sunt ipsum maximum contractum cum contracta simplicitate et indistinctione, sicut linea maxima contracta est contracte omnes figurae.

Unde quando recte consideratur de contractione, omnia 114 sunt clara. Nam infinitas contracta aut simplicitas seu indistinctio per infinitum descendit in contractione ab eo quod est absolutum, ut infinitus et aeternus mundus cadat absque proportione ab absoluta infinitate et aeternitate et unum ab unitate. Unde unitas absoluta ab omni pluralitate absoluta est. Sed contracta unitas, quae est unum universum, licet sit unum maximum, cum sit contractum, non est a pluralitate absolutum, licet non² sit nisi unum maximum contractum. Quare quamvis sit maxime unum, est 10 tamen illa eius unitas per pluralitatem contracta, sicut infinitas per finitatem, simplicitas per compositionem, aeternitas per successionem, necessitas per possibilitatem et ita de reliquis, quasi absoluta necessitas se communicet absque permixtione et in eius opposito contracte terminetur. Ac si albedo haberet in se esse absolutum sine abstractione nostri intellectus, a qua album esset contracte album, tunc albedo per non-albedinem in actu albo terminatur, ut hoc sit album per albedinem, quod absque ea album non esset.

² om. Φ suppl. p HK

In ihm ist alles ohne Vielheit in vollkommenster Einfachheit das absolut Größte selbst ohne Unterscheidung. Wie die unendliche Linie alle Figuren ist⁴⁶, so ist in gleicher Weise die Welt, d. h. das All, ein eingeschränkt Größtes und Eines, das den eingeschränkten Gegensätzen, wie z. B. den konträren Gegensätzen, vorhergeht. Es ist in eingeschränkter Weise das Sein aller Dinge, in allen ihr eingeschränktes Prinzip und das eingeschränkte Ziel der Dinge, ein eingeschränktes Seiendes, eine eingeschränkte Unendlichkeit, um auf diese Weise in eingeschränkter Weise unendlich zu sein. In ihm sind alle Dinge ohne Vielheit das eingeschränkt Größte selbst in eingeschränkter Einfachheit und Ununterschiedenheit, so wie die eingeschränkt größte Linie in eingeschränkter Weise alle Figuren ist.

- 114 Damit ist alles klar, vorausgesetzt, daß man den Sinn der Einschränkung richtig beachtet. Denn die eingeschränkte Unendlichkeit oder Einfachheit, d. h. Ununterschiedenheit, steigt vermöge ihrer Einschränkung in unendlichem Abstand von dem ab, was absolut ist, so daß die unendliche und ewige Welt jenseits eines proportionalen Verhältnisses abfällt gegenüber der absoluten Unendlichkeit und Ewigkeit und ebenso das Eine gegenüber der Einheit. Die absolute Einheit ist deshalb frei von jeder Vielheit. Die eingeschränkte Einheit jedoch, das eine All, ist, obwohl es das größte Eine ist, dank seiner Einschränkung nicht von Vielheit frei, obwohl es nur ein eingeschränktes größtes Eines gibt. Wenn es auch in höchstem Maße Eines ist, so ist doch seine Einheit durch die Vielheit eingeschränkt, so wie seine Unendlichkeit durch die Endlichkeit, seine Einfachheit durch die Zusammensetzung, seine Ewigkeit durch die Aufeinanderfolge, seine Notwendigkeit durch die Möglichkeit usw. eingeschränkt ist, so als ob sich die absolute Notwendigkeit ohne Beimischung mitteilen würde und in Einschränkung in ihrem Gegenteil begrenzt würde. Hätte die Weiße in sich absolutes Sein ohne die Abstraktionsleistung unseres Geistes, dank deren das Weiße ein eingeschränkterweise Weißes wäre, so wird die Weiße durch die Nichtweiße im tatsächlich Weißen begrenzt, so daß das kraft der Weiße weiß ist, was ohne sie nicht weiß wäre.

Ex his multa investigator elicere poterit. Nam sicut deus, 115 cum sit immensus, non est nec in sole nec in luna, licet in illis sit id quod sunt absolute, ita universum non est in sole nec luna, sed in ipsis est id quod sunt contracte. Et quia quiditas solis absoluta non est aliud a quiditate absoluta lunae — quoniam est ipse deus, qui est entitas et quiditas absoluta omnium —, et quiditas contracta solis est alia a quiditate contracta lunae — quia ut quiditas absoluta rei non est res ipsa, ita contracta non est aliud quam ipsa —, quare patet quod, cum universum sit quiditas contracta, 10 quae aliter est in sole contracta et aliter in luna, hinc identitas universi est in diversitate sicut unitas in pluralitate. Unde universum, licet non sit nec sol nec luna, est³ tamen in sole sol et in luna luna. Deus autem non est in sole sol et in luna luna, sed id quod est sol et luna sine pluralitate et diversitate. Universum dicit universalitatem, hoc est unitatem plurium. Propter hoc sicut humanitas non est nec Socrates nec Plato, sed in Socrate est Socrates, in Platone Plato, ita universum ad omnia.

Quoniam vero dictum est universum esse primum⁴ con- 116 tractum tantum atque in hoc maximum, patet quomodo per simplicem emanationem maximi contracti a maximo absoluto totum universum prodiit in esse. Omnia autem entia, quae sunt partes universi, sine quibus universum, cum sit contractum, unum, totum et perfectum esse non posset, simul cum universo in esse prodierunt, et non prius intelligentia, deinde anima nobilis, deinde natura, ut voluit Avicenna et alii philosophi. Tamen sicut in intentione artificis est prius totum, puta domus, quam pars, puta paries, 10 ita dicimus, quia ex intentione dei omnia in esse prodierunt,

³ est *Fl S HK corr. ex et T²C² et N I Ta Pr O* ⁴ principium *C HK*

115 Aus diesen Bemerkungen kann der Forscher viele Einsichten gewinnen. Wie nämlich Gott dank seiner Unermeßlichkeit weder in der Sonne noch im Mond ist, obwohl er in ihnen das ist, was sie sind, aber in absoluter Weise, so ist das All nicht in der Sonne und nicht im Monde und ist doch in ihnen das, was sie sind, aber in eingeschränkter Weise. Und weil die absolute Wesenheit der Sonne nicht verschieden ist von der absoluten Wesenheit des Mondes — es ist ja Gott, der die Seinsheit und die absolute Wesenheit von allem ist — und weil andererseits die eingeschränkte Wesenheit der Sonne verschieden ist von der eingeschränkten Wesenheit des Mondes — wie ja die absolute Wesenheit eines Dinges nicht das Ding selbst ist, so ist die eingeschränkte Wesenheit nichts anderes als das Ding selbst —, so ist es klar, daß, da das All eine eingeschränkte Wesenheit ist, die in anderer Weise in der Sonne eingeschränkt ist und in anderer Weise im Monde, deshalb die Identität des Alls nur in Verschiedenheit besteht wie die Einheit in Vielheit. Das All ist deshalb, obwohl es weder Sonne noch Mond ist, dennoch in der Sonne Sonne und im Monde Mond. Gott dagegen ist nicht in der Sonne Sonne und im Monde Mond, sondern das, was die Sonne und der Mond ist, ohne Vielheit und Verschiedenheit., Das All bedeutet Allheit, d. h. Einheit von vielem. Wie deshalb das Menschsein nicht Sokrates und Platon ist, sondern in Sokrates Sokrates, in Platon Platon ist, ebenso verhält sich das All zu allen Dingen.

116 Nachdem gesagt wurde, daß das All das nur eingeschränkt Erste⁴⁷ und insofern Größte ist, ist klar, wie durch einfachen Ausfluß⁴⁸ des eingeschränkt Größten aus dem absolut Größten das gesamte All ins Sein trat. Alle seienden Dinge aber, die Teile des Alls sind und ohne die das All, da es eingeschränkt ist, kein Eines, Ganzes und Vollendetes sein könnte, traten mit dem All zugleich ins Sein, und nicht zuerst der Geist, dann die edle Seele, dann die Natur, wie es Avicenna und andere Philosophen wahrhaben wollten⁴⁹. Wie jedoch in der Absicht des Künstlers das Ganze, z. B. das Haus, früher ist als ein Teil, z. B. die Wand, so sagen wir, da aus der Absicht Gottes alles ins Sein trat, daß dann

quod tunc universum prius prodiit et in eius consequentiam omnia, sine quibus nec universum nec perfectum esse posset. Unde sicut abstractum est in concreto, ita absolutum maximum in contracto maximo prioriter consideramus, ut sit consequenter in omnibus particularibus, quia est absolute in eo, quod est omnia contracte. Est enim deus quiditas absoluta mundi seu universi. Universum vero est ipsa quiditas contracta. Contractio dicit ad aliquid, ut ad essendum hoc vel illud. Deus igitur, qui est unus, est in 20 uno universo. Universum vero est in universis contracte.

Et ita intelligi poterit, quomodo deus, qui est unitas simplicissima, existendo in uno universo est quasi ex consequenti mediante universo in omnibus, et pluralitas rerum mediante uno universo in deo.

Capitulum V

117

Quodlibet in quolibet

Si acute iam dicta attendis, non erit tibi difficile videre veritatis illius Anaxagorici 'quodlibet esse in quolibet' fundamentum fortassis altius Anaxagora. Nam cum manifestum sit ex primo libro deum ita esse in omnibus quod omnia sunt in ipso, et nunc constet deum quasi mediante universo esse in omnibus, hinc omnia in omnibus esse constat et quodlibet in quolibet. Universum enim quasi ordine naturae ut perfectissimum praecessit omnia, ut 10 quodlibet in quolibet esse posset. In qualibet enim creatura universum est ipsa creatura, et ita quodlibet recipit omnia, ut in ipso sint ipsum contracte. Cum quodlibet non possit esse actu omnia, cum sit contractum, contrahit omnia, ut sint ipsum. Si igitur omnia sunt in omnibus, omnia videntur quodlibet praecedere. Non igitur omnia sunt plura,

das All zuerst hervorging und in seiner Folge alles, ohne das es weder das All noch ein vollendetes All sein könnte⁵⁰. Wie also das Abstrakte im Konkreten ist, so betrachten wir das absolut Größte vorgängig im eingeschränkt Größten, so daß es nachfolgenderweise in allen Einzeldingen ist, da es ja in absoluter Weise in dem ist, was in eingeschränkter Weise alles ist. Gott ist nämlich das absolute Wesen der Welt, d. h. des Alls. Das All aber ist eingeschränktes Wesen. Einschränkung aber bedeutet Einschränkung zu etwas, d. h. um das oder jenes zu sein. Gott also, der Einer ist, ist im einen All. Das All jedoch ist in allen Dingen in eingeschränkter Weise.

So gelingt es, die Einsicht zu gewinnen, wie Gott, der einfachste Einheit ist, da er in dem einen All existiert, gewissermaßen infolgedessen durch Vermittlung des Alls in allen Dingen ist und die Vielheit der Dinge durch Vermittlung des einen Alls in Gott ist⁵¹.

Jegliches in jeglichem

Wenn du bereits Gesagtes genau betrachtetest, so wird es dir nicht schwerfallen, die Wahrheit des Anaxagoras-Wortes, daß jegliches in jeglichem sei⁵², noch tiefer fundiert zu finden, als Anaxagoras ahnte. Aus dem ersten Buch ergab sich, daß Gott so in allem ist, daß alles in ihm ist⁵³, und jetzt steht fest, daß Gott gewissermaßen durch Vermittlung des Alls in allem ist. Also steht fest, daß alles in allem ist und jedwedes in jedwedem. Denn das All ging gleichsam nach der Naturordnung als das Vollendetste allem voran, um so jedwedes in jedwedem sein zu können. Denn in jedem Geschöpf ist das All dieses Geschöpf selbst, und so nimmt jedwedes alles auf, daß es in ihm es selbst in eingeschränkter Weise ist. Da jedwedes nicht tatsächlich alles sein kann, so zieht es dank seiner Eingeschränktheit alles zusammen, so daß alles es selbst ist. Ist also alles in allem, so geht offenbar alles dem jeweiligen einzelnen voran. Das Alles ist demnach nicht ein Vieles, da ja die Vielheit dem je-

quoniam pluralitas non praecedit quodlibet. Unde omnia sine pluralitate praecesserunt quodlibet ordine naturae. Non sunt igitur plura in quolibet actu, sed omnia sine pluralitate sunt id ipsum. 20

Non est autem universum nisi contracte in rebus, et omnis res actu existens contrahit universa, ut sint actu id quod est. Omne autem actu existens in deo est, quia ipse est actus omnium. Actus autem est perfectio et finis potentiae. Unde cum universum in quolibet actu existenti sit contractum, patet deum, qui est in universo, esse in quolibet et quodlibet actu existens immediate in deo, sicut universum. Non est ergo aliud dicere 'quodlibet esse in quolibet' quam deum per omnia esse in omnibus et omnia per omnia esse in deo. Subtili intellectu ista altissima clare comprehenduntur, quomodo deus est absque diversitate in omnibus, quia quodlibet in quolibet, et omnia in deo, quia omnia in omnibus. Sed cum universum ita sit in quolibet, quod quodlibet in ipso, est universum in quolibet contracte id, quod est ipsum contracte, et quodlibet in universo est ipsum universum, quamvis universum in quolibet sit diverse et quodlibet in universo diverse. 118 10

Vide exemplum: Manifestum est lineam infinitam esse lineam, triangulum, circulum et sphaeram. Omnis autem linea finita habet esse suum ab infinita, quae est omne id quod est. Quare in linea finita omne id, quod est linea infinita — ut est linea, triangulus, et cetera —, est id, quod est linea finita. Omnis igitur figura in linea finita est ipsa linea. Et non est in ipsa aut triangulus aut circulus aut sphaera actu, quoniam ex pluribus actu non fit unum actu, cum quodlibet actu non sit in quolibet, sed triangulus in linea est linea, et circulus in linea est linea, et ita de reliquis. Et ut clarius videas: Linea actu esse nequit nisi in corpore, 119 10

weiligen einzelnen nicht vorangeht. Daher ging alles ohne Vielheit der Ordnung der Natur nach dem jeweiligen einzelnen voran. Im jeweiligen einzelnen ist also nicht vieles in Wirklichkeit, sondern in ihm ist alles ohne Vielheit es selbst⁵⁴.

118 Das All ist nur in eingeschränkter Weise in den Dingen, und jedwedes Ding, das wirklich existiert, zieht sämtliche Bestimmtheiten in sich zusammen, damit sie tatsächlich das seien, was es ist. Alles aber, was wirklich existiert, ist in Gott, da er die Wirklichkeit aller Dinge ist. Die Wirklichkeit aber ist die Vollendung und das Ziel der Potenz. Da nun das All in jedwedem wirklich Seienden eingeschränkt ist, so ist klar, daß Gott, der im Universum ist, in jedwedem ist und jedwedes wirklich Seiende unmittelbar in Gott ist, so wie das Universum in Gott ist. Die Aussage ‚jedwedes ist in jedwedem‘ bedeutet also dasselbe wie die, daß Gott durch alles in allem ist und alles durch alles in Gott ist. Ein scharfsinniger Geist erfaßt klar diese höchsten Einsichten, daß Gott ohne Verschiedenheit in allem ist, da jedwedes in jedwedem ist, und daß alles in Gott ist, da alles in allem ist. Da aber das All derart in jedwedem einzelnen ist, daß jedwedes in ihm ist, so ist das Universum in jedwedem in eingeschränkter Weise das, was das einzelne selbst in eingeschränkter Weise ist. Und jedwedes ist im Universum das Universum selbst — obwohl das All in jedwedem auf die eine Weise ist und jedwedes auf andere Weise im All.

119 Betrachte das folgende Beispiel: Die unendliche Linie ist offensichtlich Linie, Dreieck, Kreis und Kugel⁵⁵. Jede endliche Linie aber hat ihr Sein von der unendlichen, die all das ist, was sie ist. In der endlichen Linie ist also all das, was die unendliche Linie ist — also Linie, Dreieck usw. —, das, was die endliche Linie ist. Jede Figur ist also in der endlichen Linie die Linie selbst; Dreieck, Kreis oder Kugel sind in ihr nicht aktuell wirklich, da aus mehreren aktuell Wirklichen nicht ein aktuell Eines wird, denn jedwedes ist nicht in jedwedem aktuell wirklich. Vielmehr ist das Dreieck in der Linie eben Linie und der Kreis in der Linie wieder Linie usw. Um es dir noch klarer zu machen: Die

ut ostendetur alibi. In corpore autem longo, lato et profundo omnes figuras complicari nemo dubitat. Sunt igitur in linea actu omnes figurae actu ipsa linea, et in triangulo triangulus, et ita de reliquis. Nam omnia in lapide lapis et in anima vegetativa ipsa anima et in vita vita et in sensu sensus, in visu visus, in auditu auditus, in imaginatione imaginatio, in ratione ratio, in intellectu intellectus, in deo deus. Et nunc vide quomodo rerum unitas sive universum est in pluralitate et e converso pluralitas in unitate. 20

Considera attentius et videbis quomodo quaelibet res 120 actu existens ex eo quiescit, quia omnia in ipso sunt ipsum et ipsum in deo deus. Mirabilem rerum unitatem, admirandam aequalitatem et mirabilissimam vides connexionem, ut omnia sint in omnibus. Rerum etiam diversitatem et connexionem in hoc exoriri intelligis. Nam cum quaelibet res actu omnia esse non potuit — quia fuisset deus, et propterea omnia in quolibet essent eo modo, quo possent secundum id, quod est quodlibet —, nec potuit quodlibet esse consimile per omnia alteri, ut patuit supra, hoc fecit 10 omnia in diversis gradibus esse, sicut et illud esse, quod non potuit simul incorruptibiliter esse, fecit incorruptibiliter in temporali successione esse, ut ita omnia id sint quod sunt, quoniam aliter et melius esse non potuerunt.

Quiescunt igitur omnia in quolibet, quoniam non posset 121 unus gradus esse sine alio, sicut in membris corporis quodlibet confert cuilibet et omnia in omnibus contentantur. Postquam enim oculus non potest esse manus et pedes et alia omnia actu, contentatur se esse oculum, et pes pedem.

Linie kann nur am Körper wirklich sein, wie an anderer Stelle gezeigt werden soll⁵⁶. Niemand bezweifelt aber, daß im Körper mit seiner Länge, Breite und Tiefe alle Figuren eingeschränkt liegen. In der aktuell wirklichen Linie sind also alle Figuren aktuell wirklich eben die Linie selbst, und im Dreieck sind sie Dreieck usw., denn alles ist im Stein Stein und in der vegetativen Seele Seele und im Leben Leben, im Sinnesorgan Sinnesorgan, im Gesichtssinn Gesichtssinn, im Gehörsinn Gehörsinn, in der Vorstellungskraft Vorstellungskraft, im Verstand Verstand, in der Vernunft Vernunft, in Gott Gott. Erfasse nun, wie die Einheit der Dinge, d. h. das All, in der Vielheit ist und umgekehrt die Vielheit in der Einheit.

120 Bei aufmerksamerer Betrachtung wirst du auch sehen, daß jedwedem Ding, das wirklich existiert, darin seine Ruhe findet, weil alles in ihm es selbst ist und es selbst in Gott Gott ist. Du siehst die bewundernswürdige Einheit, die staunenswerte Gleichheit und die bewunderungswürdigste Verknüpfung der Dinge, damit alles in allem sei. Du erkennst auch, daß die Verschiedenheit und die Verknüpfung der Dinge hier ihren Ursprung hat. Da nämlich jedwedem Ding nicht in aktueller Wirklichkeit alles sein kann — dann wäre es ja Gott, und so wäre alles in jedwedem in der Weise, in der es gemäß dem, was jedwedem ist, sein könnte — und da jedwedem nicht in allen Stücken einem anderen gleich sein kann, wie oben klargestellt wurde⁵⁷, so bewirkt dieser Umstand, daß alles in verschiedener gradweiser Abstufung Sein hat, wie er auch bewirkt, daß jenes Sein, das nicht in zeitlicher Einheit ohne Vergänglichkeit sein kann, in zeitlicher Aufeinanderfolge unvergänglich ist, so daß alles das ist, was es ist, da es in anderer und besserer Weise nicht zu sein vermag.

121 Es findet also alles in jedwedem seine Ruhe, da ein Grad nicht ohne den anderen zu sein vermöchte, so wie in den Gliedern des Körpers jedwedem Glied jedwedem anderen nützt und alle in allen ihr Genüge finden. Da nämlich das Auge nicht in aktueller Wirklichkeit Hand und Fuß und all die anderen Glieder zu sein vermag, so gibt es sich mit seinem Auge-Sein zufrieden und der Fuß mit seinem Fuß-

Et omnia membra sibi mutuo conferunt, ut quodlibet sit meliori modo quo potest id quod est. Et non est manus nec pes in oculo, sed in oculo sunt oculus, inquantum ipse oculus est immediate in homine. Et ita omnia membra in pede, inquantum pes immediate in homine, ut quodlibet 10 membrum per quodlibet immediate sit in homine et homo sive totum per quodlibet membrum sit in quolibet, sicut totum in partibus est per quamlibet in qualibet.

Si igitur consideras humanitatem quasi esse quid absolu- 122 tum, impermiscibile et incontractibile, et hominem consideras, in quo est ipsa absoluta humanitas absolute et a quo est ipsa contracta humanitas, quae est homo, est ipsa humanitas absoluta quasi deus et contracta quasi universum. Et sicut ipsa absoluta humanitas est in homine principaliter seu prioriter et consequenter in quolibet membro aut qualibet parte, et ipsa contracta humanitas est in oculo oculus, in corde cor et ita de reliquis, et ita contracte in quolibet quodlibet, tunc secundum hanc quidem positionem reperta 10 est similitudo dei et mundi et eorum omnium manuductio, quae in istis duobus capitulis tacta sunt, cum aliis multis quae ex hoc sequuntur.

Capitulum VI

123

De complicatione et gradibus contractionis universi

Supra omnem intellectum in prioribus universum sive mundum esse comperimus unum, cuius unitas contracta est per pluralitatem, ut sit unitas in pluralitate. Et quia unitas absoluta est prima et unitas universi ab ista, erit unitas universi secunda unitas, quae in quadam pluralitate

Sein. Und alle Glieder unterstützen sich gegenseitig, so daß jedwedes in bestmöglicher Weise das ist, was es ist. Hand und Fuß sind nicht im Auge, vielmehr sind sie im Auge Auge, insofern das Auge selbst unmittelbar im Menschen ist. Und so sind alle Glieder im Fuß, insofern der Fuß unmittelbar im Menschen ist, so daß jedwedes Glied durch jedwedes Glied unmittelbar im Menschen ist und der Mensch, d. h. das Ganze, durch jedwedes Glied in jedwedem Glied ist, so wie das Ganze in seinen Teilen ist, nämlich durch jeden Teil in jedem Teil⁵⁸.

- 122 Wenn du also das Menschsein als etwas Absolutes, Unvermischares und nicht Einschränkungbares betrachtest und dazu den Menschen, in dem dieses absolute Menschsein in absoluter Weise ist und von dem das eingeschränkte Menschsein herrührt, das ein einzelner Mensch ist, so ist das absolute Menschsein gleichsam Gott und das eingeschränkte Menschsein gleichsam das Universum. Das absolute Menschsein findet sich dann in erster Linie und vorrangig im Menschen und erst nachfolgenderweise in jedem Glied oder in jedem Teil, und das eingeschränkte Menschsein ist im Auge Auge, im Herzen Herz usw. und ist in dieser eingeschränkten Weise in jedwedem jedwedes. Aufgrund dieser Annahme ergibt sich ein Gleichnis für Gott und Welt und eine Hinführung zu all den Erkenntnissen, die in diesen beiden Kapiteln erwähnt wurden, zugleich mit einer Fülle weiterer Folgerungen.

123

Kapitel 6

Die Einfaltung und die gradweise Einschränkung des Alls

Wenn wir im Voraufgehenden das All, d. h. die Welt, als eines erfahren haben, so übersteigt solche Erfahrung die Grenzen aller erkennenden Einsicht. Die Einheit der Welt ist durch Vielheit eingeschränkt, um Einheit in Vielheit zu sein⁵⁹. Da nun die absolute Einheit die erste ist und die Einheit des Alls von ihr abgeleitet, so wird die Einheit des Alls eine zweite Einheit sein, die in gewisser Vielheit

consistit. Et quoniam, ut in De coniecturis ostendetur, secunda unitas est denaria, decem uniens praedicamenta, 10 erit universum unum explicans primam absolutam unitatem simplicem denaria contractione. Complicantur autem omnia in denario, quoniam non est numerus supra ipsum. Quare unitas universi denaria pluralitatem omnium contractorum complicat. Et quia illa universi unitas ut principium contractum omnium est in omnibus, tunc ut denarius est radix quadrata centenarii et cubica millenarii, ita unitas universi est radix universorum. A qua quidem radice primo oritur quasi numerus quadratus ut unitas tertia, et cubicus numerus ut unitas ultima sive quarta. Et est unitatis universi 20 prima explicatio unitas tertia, centenaria, et ultima explicatio unitas quarta, millenaria.

Et ita reperimus tres universales unitates gradualiter de- 124 scendentes ad particulare, in quo contrahuntur, ut sint actu ipsum. Prima absoluta unitas omnia complicat absolute, prima contracta omnia contracte. Sed ordo habet, ut absoluta unitas videatur quasi primam contractam complicare, ut per eius medium alia omnia; et contracta prima videatur secundam contractam complicare, et eius medio tertiam contractam; et secunda contracta tertiam contractam, quae est ultima universalis unitas et quarta a prima, ut eius medio in particulare deveniat. Et sic videmus, quomodo 10 universum per gradus tres in quolibet particulari contrahitur.

Est igitur universum quasi decem generalissimorum unitas, et deinde genera, deinde species. Et ita universalis sunt illa secundum gradus suos, quae ordine quodam naturae gradatim ante rem, quae actu ipsa contrahit, existunt. Et quoniam universum est contractum, tunc non reperitur

besteht. Da ferner, wie in der Schrift *Über die Mutmaßungen* gezeigt werden soll⁶⁰, die zweite Einheit zehnfältig ist — sie umfaßt in Einheit die zehn Kategorien⁶¹ —, so entfaltet das eine All die erste, absolute, einfache Einheit in zehnfacher Einschränkung. In der Zehn aber liegt alles eingefaltet, da es über sie hinaus keine Zahl gibt⁶². Die zehnfältige Einheit des Alls faltet also in sich die Vielheit aller eingeschränkten Dinge ein. Und da jene Einheit des Alls als eingeschränktes Prinzip aller Dinge in allen ist, deshalb ist die Einheit des Alls so die Wurzel aller Dinge, wie die Zehn die Quadratwurzel von hundert und die Kubikwurzel von tausend ist. Aus dieser Wurzel entspringt zuerst gleichsam die Quadratzahl als dritte Einheit und die Kubikzahl als letzte, d. h. vierte Einheit. Die dritte Einheit, das Hundert, ist die erste Ausfaltung der Einheit des Alls und die vierte Einheit, das Tausend, die letzte Ausfaltung.

124 So finden wir drei allumfassende Einheiten, die schrittweise zum einzelnen herabsteigen, in dem sie ihre Einschränkung erfahren, um dieses einzelne aktuell wirklich zu sein. Die erste, absolute Einheit schließt alles in absoluter Weise in sich, die erste eingeschränkte Einheit schließt alles in eingeschränkter Weise in sich. Die Ordnung bringt es aber mit sich, daß die absolute Einheit gleichsam die erste eingeschränkte Einheit zu umgreifen scheint, um durch sie alles andere zu umgreifen. Die eingeschränkte erste Einheit scheint die zweite eingeschränkte Einheit zu umfassen und durch sie die dritte eingeschränkte Einheit. Die zweite eingeschränkte Einheit scheint die dritte eingeschränkte Einheit zu umfassen, welche die letzte allumfassende Einheit und von der ersten aus gerechnet die vierte ist, um durch sie zum Einzelding abzusteigen. So sehen wir, daß das All in drei Stufen sich in jedem einzelnen einschränkt.

Das All ist also gleichsam die Allheit der zehn allgemeinsten Begriffe, dann folgen die Gattungen, darauf die Arten. So gibt es eine gradweise Abstufung des Allgemeinen. Es existiert nach einer gewissen Ordnung der Natur in gradweiser Abstufung vor dem Ding, das es in seiner aktuellen Existenz einschränkt. Da nun das All eingeschränkt ist, so

nisi in generibus explicatum, et genera non reperiuntur nisi in speciebus. Individua vero sunt actu, in quibus sunt contracte universa. 10

Et in ista consideratione videtur quomodo universalia 125 non sunt nisi contracte actu. Et eo quidem modo verum dicunt Peripatetici universalia extra res non esse actu. Solum enim singulare actu est, in quo universalia sunt contracte ipsum. Habent tamen universalia ordine naturæ quoddam esse universale contrahibile per singulare, non quod sint actu ante contractionem aliter quam naturali ordine, ut universale contrahibile in se non subsistens, sed in eo quod actu est, sicut punctus, linea et¹ superficies ordine progressivo corpus, in quo actu tantum sunt, prae- 10 cedunt. Universum enim quia non est actu nisi contracte, ita omnia universalia. Non sunt universalia solum entia rationis, licet non reperiantur extra singularia actu. Sicut et linea et superficies, licet extra corpus non reperiantur, propterea non sunt entia rationis tantum, quoniam sunt in corpore sicut universalia in singularibus. Intellectus tamen facit ea extra res per abstractionem esse. Quae quidem abstractio est ens rationis, quoniam absolutum esse eis convenire non potest. Universale enim penitus absolutum deus est. 20

Quomodo autem universale per abstractionem sit in intel- 126 lectu, in libro De coniecturis² videbimus, licet ex superioribus hoc satis patere posset, cum non si[n]t³ ibi nisi intellectus, et ita intellectualiter contracte. Cuius intelligere, cum⁴ sit esse clarius et altius, apprehendit universalium contractionem in se et in aliis. Canes enim et cetera animalia eius-

¹ om. Pr C HK ² De coniecturis Fl Coniecturarum Φ HK
³ sint Σ HK ⁴ non add. Tr Pr C HK

findet es sich nur in den Gattungen entfaltet und die Gattungen nur in den Arten. Wirklich jedoch sind allein die Individuen, in denen alles in eingeschränkter Weise ist.

125 Bei solcher Betrachtung wird sichtbar, daß das Allgemeine⁶³ nur in eingeschränkter Weise wirklich ist. In dieser Hinsicht haben die Peripatetiker recht, wenn sie das Allgemeine außerhalb der Dinge nicht aktuell existieren lassen. Nur das einzelne nämlich ist aktuell wirklich. In ihm ist das Allgemeine in eingeschränkter Weise es selbst. Trotzdem hat das Allgemeine nach der Naturordnung ein gewisses allgemeines Sein, das durch das einzelne eingeschränkt werden kann. Nicht als ob das Allgemeine vor der Einschränkung in anderer Weise wirklich wäre als gemäß der natürlichen Ordnung als ein einschränkbares Allgemeines, das nicht in sich, sondern in dem, was aktuell wirklich ist, subsistiert, so wie der Punkt, die Linie und die Fläche in aufeinanderfolgender Ordnung dem Körper, in dem sie allein aktuell wirklich sind, vorhergehen. Weil nämlich das All nur aktuell wirklich ist in Einschränkung, so gilt das gleiche von allem Allgemeinen. Das Allgemeine ist kein bloßes Gedankending, wenn es sich auch außerhalb der Einzeldinge nicht in aktueller Wirklichkeit findet, so wie die Linie und die Fläche sich zwar nicht außerhalb des Körpers finden, deshalb aber doch nicht bloße Gedankendinge sind, da sie ja am Körper sind, so wie das Allgemeine im einzelnen. Der Intellekt jedoch gibt ihnen durch Abstraktion ein Sein außerhalb der Dinge. Das Ergebnis dieser Abstraktion freilich ist ein Gedankending, da dem Allgemeinen ein absolutes Sein nicht zukommen kann. Denn das völlig absolute Allgemeine ist Gott.

126 Wie aber das Allgemeine durch die Abstraktion im Intellekt ist, das werden wir im Buch Über die Mutmaßungen sehen⁶⁴, obwohl es auch aus dem oben Gesagten genügend klar sein könnte, ist es doch dort nichts anderes als der Intellekt und solchermaßen in der Weise des Intellekts eingeschränkt. Da sein Erkennen ein recht klares und erhabenes Sein ist, so erfaßt es die Einschränkung des Allgemeinen in sich und in anderem Seienden. Die Hunde

dem speciei uniuntur propter naturam communem specificam quae in eis est. Quae etiam in ipsis contracta esset, si Platonis intellectus species ex comparatione similitudinum sibi non fabricaret. Sequitur igitur intelligere esse et vivere, 10 quoad operationem suam, quoniam per operationem suam nec potest dare esse nec vivere nec intelligere. Sed intelligere ipsius intellectus quoad res intellectas sequitur esse et vivere et intelligere naturae in similitudine. Quare universalialia, quae ex comparatione facit, sunt similitudo universalium contractorum in rebus. Quae in ipso intellectu iam sunt contracte, antequam etiam exteris illis notis explicet per intelligere, quod est operari ipsius. Nihil enim intelligere potest, quod non sit iam in ipso contracte ipsum. Intelligendo igitur mundum quendam similitudinarium, qui 20 est in ipso contractus, notis et signis similitudinariis explicat.

De unitate et contractione universi in rebus hoc loco satis dictum est. Amplius de trinitate eius subiciamus.

Capitulum VII

127

De trinitate universi

Postquam unitas absoluta est necessario trina, non quidem contracte, sed absolute — nam non est aliud absoluta unitas quam trinitas, quae quidem in quadam correlatione humanius apprehenditur, ut de hoc satis in primo libro dictum est —, ita quidem unitas maxima contracta, etiam ut est unitas, est trina, non quidem absolute, ut trinitas sit unitas, sed contracte, ita quod unitas non sit nisi in trinitate, sicut totum in partibus contracte. In divinis unitas 10

nämlich und die sonstigen Tiere der gleichen Art werden wegen der gemeinsamen Artnatur, die sich in ihnen findet, in eins gefaßt. Diese Artnatur wäre in ihnen auch dann in Einschränkung gegeben, wenn der Intellekt Platons aus der vergleichenden Feststellung von Ähnlichkeiten sich nicht Artbegriffe bildete⁶⁵. Das Erkennen folgt also dem Sein und dem Leben hinsichtlich seiner Tätigkeit nach. Denn durch seine Tätigkeit kann es weder Sein noch Leben noch Erkennen schenken, vielmehr folgt das Erkennen des Intellekts, was die erkannten Gegenstände betrifft, dem Sein, Leben und Erkennen der Natur in Ähnlichkeit. Infolgedessen ist das Allgemeine, das er mit Hilfe von Vergleichen schafft, Ähnlichkeit des in den Dingen eingeschränkten Allgemeinen. Dieses Allgemeine hat im Intellekt bereits eingeschränktes Dasein, bevor er durch sein Erkennen, das seine Art zu handeln ist, es auch durch jene äußeren Zeichen entfaltet. Er kann ja nichts erkennen, was nicht bereits in ihm in eingeschränkter Weise er selbst ist. Im Erkennen entfaltet er also eine gleichnishafte Welt, die in ihm eingefaltet liegt, durch gleichnishafte Merkmale und Zeichen⁶⁶.

Über die Einheit und über die Einschränkung des Alls in den Dingen ist hier genügend gesprochen. Weiter wollen wir Bemerkungen über seine Dreifaltigkeit anfügen.

Die Dreifaltigkeit des Alls⁶⁷

Die absolute Einheit ist notwendigerweise dreifaltig, freilich nicht in eingeschränkter, sondern in absoluter Weise. Denn die absolute Einheit ist nichts anderes als Dreifaltigkeit, die freilich menschlichem Begreifen gemäß in gewisser innerer Wechselbeziehung erfaßt wird, worüber im ersten Buche zur Genüge gesprochen wurde⁶⁸. So ist auch die größte eingeschränkte Einheit als Einheit dreifaltig, freilich nicht in absoluter Weise, so daß die Dreifaltigkeit Einheit wäre, sondern in eingeschränkter Weise, so daß die Einheit nur in Dreifaltigkeit⁶⁹ besteht, wie das Ganze in eingeschränkter Weise in den Teilen ist. In Gott ist die Einheit

non est contracte in trinitate, ut totum in partibus seu universale in particularibus, sed ipsa unitas est trinitas. Propterea quaelibet personarum est ipsa unitas. Et quoniam unitas est trinitas, una persona non est alia. In universo vero non potest ita esse. Propter hoc tres illae correlationes, quae in divinis personae vocantur, non habent esse actu nisi in unitate simul.

Oportet acute ista advertere. Nam in divinis tanta est 128 perfectio unitatis, quae est trinitas, quod pater est actu deus, filius actu deus, spiritus sanctus actu deus; filius et spiritus sanctus actu in patre, filius et pater in spiritu sancto, pater et spiritus sanctus in filio. Ita quidem in contracto esse nequit. Nam correlationes non sunt subsistentes per se nisi copulate; neque quaelibet propterea potest esse universum, sed simul omnes; neque una est in aliis actu, sed sunt eo modo, quo hoc patitur condicio contractionis perfectissime ad invicem contractae, ut sit ex ipsis unum 10 universum, quod sine illa trinitate esse non posset unum. Non potest enim contractio esse sine contrahibili, contrahente et nexu, qui per communem actum utriusque perficitur.

Contrahibilitas vero dicit quandam possibilitatem, et illa ab unitate gignente in divinis descendit sicut alteritas ab unitate. Dicit enim mutabilitatem et alteritatem, cum in consideratione principii <nihil prius sit unitate. Sed tamen nihil in esse producitur, quod prius esse non possit.>¹ Nihil enim praecedere videtur posse. Quomodo enim quid esset, 20 si non potuisset esse? Possibilitas igitur ab aeterna unitate descendit.

Ipsum autem contrahens cum terminet possibilitatem 129 contrahibilis, ab aequalitate unitatis descendit. Aequalitas

¹ nihil — possit *supplevi sensum, non verba restituens*

nicht in eingeschränkter Weise in der Dreifaltigkeit so wie das Ganze in seinen Teilen oder das Allgemeine im Einzelnen, sondern die Einheit selbst ist Dreifaltigkeit. Deshalb ist jedwede unter den göttlichen Personen die Einheit selbst. Und da die Einheit Dreifaltigkeit ist, so ist die eine Person nicht die andere⁷⁰. Im All jedoch kann es nicht so sein. Deshalb haben dort jene drei Wechselbeziehungen, die in Gott als Personen bezeichnet werden, nur in gleichzeitiger Einheit wirkliches Sein.

128 Dieser Unterschied muß genau beachtet werden. Denn in Gott ist die Vollkommenheit der Einheit, die Dreifaltigkeit ist, so groß, daß der Vater aktuell wirklich Gott ist, der Sohn aktuell wirklich Gott, der Heilige Geist aktuell wirklich Gott⁷¹. Der Sohn und der Heilige Geist wirklich im Vater, der Sohn und der Vater im Heiligen Geist, der Vater und der Heilige Geist im Sohn. Dieses Verhältnis jedoch ist unmöglich im eingeschränkten Sein, denn Wechselbeziehungen sind dort nur in Verbindung miteinander wirklich. Deshalb kann auch keine dieser Beziehungen für sich das All sein, sondern nur alle zusammen. Auch ist nicht eine in den anderen aktuell wirklich, sondern sie sind so, wie es die Bedingung der Einschränkung erlaubt, in vollendetster Weise im gegenseitigen Bezug eingeschränkt, so daß aus ihnen ein All entsteht, das ohne diese Dreifaltigkeit nicht eines sein könnte. Kann doch die Einschränkung nicht ohne Einschränkungbares, Einschränkungendes und Verbindung beider sein, welche Verbindung durch das gemeinsame Tätigsein beider vollendet wird.

Einschränkbarkeit bedeutet eine gewisse Möglichkeit. Sie steigt von der zeugenden Einheit in Gott herab, so wie die Andersheit von der Einheit. Sie besagt nämlich Veränderlichkeit und Andersheit⁷², während in der Frage nach dem Prinzip «nichts vor der Einheit steht. Dennoch tritt nichts ins Sein, was nicht vorher sein konnte.»⁷³ Denn nichts scheint dem Können vorherzugehen. Wie sollte denn auch etwas sein, wenn es nicht hätte sein können? Die Möglichkeit steigt also von der ewigen Einheit herab.

129 Das Einschränkungende aber steigt von der Gleichheit der Einheit herab, da es die Möglichkeit des Einschränkungbaren

enim unitatis est aequalitas essendi. Ens enim et unum convertuntur. Unde cum contrahens sit adaequans possibilitatem ad contracte istud vel aliud essendum, recte ab aequalitate essendi, quae est verbum in divinis, descendere dicitur. Et quoniam ipsum verbum, quod est ratio et idea atque absoluta rerum necessitas, possibilitatem per ipsum tale contrahens necessitat et constringit, hinc ipsum contrahens quidam formam aut animam mundi et possibilitatem materiam vocaverunt, alii fatum in substantia, alii, ut Platonici, necessitatem complexionis, quoniam a necessitate absoluta descendit, ut sit quasi quaedam contracta necessitas et forma contracta, in qua sint omnes formae in veritate. De quo infra dicitur. 10

Est deinde nexus contrahentis et contrahibilis sive materiae et formae aut possibilitatis et necessitatis complexionis, qui actu perficitur quasi quodam spiritu amoris motu quodam illa unientis. Et hic nexus determinata possibilitas a quibusdam nominari consuevit, quoniam posse esse ad actu esse hoc vel illud determinatur ex unione ipsius determinantis formae et determinabilis materiae. Hunc autem nexum a spiritu sancto, qui est nexus infinitus, descendere manifestum est. 130

Est igitur unitas universi trina, quoniam ex possibilitate, necessitate complexionis et nexu, quae potentia, actus et nexus dici possunt. Et ex hoc quattuor modos universales essendi collige. Nam est modus essendi, qui absoluta necessitas dicitur, ut scilicet deus est forma formarum, ens entium, rerum ratio sive quiditas. Et in hoc essendi modo omnia in deo sunt ipsa necessitas absoluta. Alius modus est, ut res sunt in necessitate complexionis, in qua sunt rerum 10

begrenzt⁷⁴. Die Gleichheit der Einheit ist ja Gleichheit des Seins⁷⁵. Die Begriffe Seiendes und Eines lassen sich nämlich voneinander aussagen⁷⁶. Da das Einschränkende die Möglichkeit dahingehend angleicht, daß sie in eingeschränkter Weise dieses oder ein anderes ist, so sagt man mit Recht, daß sie von der Gleichheit des Seins herabsteigt, die in Gott das Wort ist. Da ferner das Wort selbst, welches Wesensgrund, Idee und absolute Notwendigkeit der Dinge ist⁷⁷, durch Vermittlung eines solchen Einschränkenden die Möglichkeit nötigt und zusammenzieht, so bezeichneten manche das Einschränkende als Form oder Weltseele und die Möglichkeit als Materie⁷⁸. Andere bezeichneten es als Schicksal, das substantiell existiert, andere, z. B. die Platoniker, bezeichneten es als Notwendigkeit der Verbindung⁷⁹, da es ja von der absoluten Notwendigkeit herabsteigt, um gleichsam eine eingeschränkte Notwendigkeit und eingeschränkte Form zu sein, in der alle Formen in ihrer Wahrheit sind. Darüber wird später zu sprechen sein⁸⁰.

130 Schließlic gibt es die Verbindung zwischen dem Einschränkenden und dem Einschränkungbaren, d. h. zwischen Materie und Form oder Möglichkeit und Notwendigkeit der Verknüpfung. Sie wird verwirklicht wie durch einen Hauch von Liebe, die durch eine Art Bewegung jene beiden vereint. Diese Verbindung wurde von einigen gewöhnlich als bestimmte Möglichkeit bezeichnet, weil aus der Vereinigung der bestimmenden Form und der bestimmbaren Materie das Sein-Können zur Wirklichkeit dieses oder jenes Seins bestimmt wird. Diese Verbindung steigt offensichtlich vom Heiligen Geist herab, der die unendliche Verbindung ist⁸¹.

Die Einheit des Alls ist also dreifaltig aus Möglichkeit, Notwendigkeit der Verknüpfung und aus Verbindung, die man als Möglichkeit, Wirklichkeit und Verbindung bezeichnen kann. Gewinne daraus vier allgemeine Weisen des Seins⁸². Es gibt nämlich eine Weise des Seins, die sich als absolute Notwendigkeit bezeichnen läßt, wie nämlich Gott die Form der Formen, das Seiende der Seienden, der Grund oder das Wesen der Dinge ist. In dieser Seinsweise ist alles in Gott die absolute Notwendigkeit selbst. Eine andere Seinsweise besteht darin, daß die Dinge in der Notwendig-

formae in se verae cum distinctione et ordine naturae, sicut in mente. An autem hoc ita sit, videbimus infra. Alius modus essendi est, ut res sunt in possibilitate determinata 20 actu hoc vel illud. Et infimus modus essendi est, ut res possunt esse, et est possibilitas absoluta.

Tres modi essendi ultimi sunt in una universitate, quae 131 est maximum contractum. Ex quibus est unus universalis modus essendi, quoniam nihil sine ipsis esse potest. Dico essendi modos, quoniam non est universalis essendi modus quasi ex tribus illis ut partibus taliter compositus, sicut domus ex tecto, fundamento et pariete, sed ex essendi modis, quoniam rosa, quae est in rosario in potentia in hieme et in actu in aestate, transivit de uno modo essendi possibilitatis ad determinatum actu. Ex quo videmus alium esse essendi modum possibilitatis, alium necessitatis et alium actualis 10 determinationis, ex quibus est unus universalis modus essendi, quoniam sine illis nihil est, neque est unus sine alio actu.

Capitulum VIII

132

